gis ſui multitudo ꝓſecuta ē · ¶ ·XXI· ¶ De ce
teris qui paſſi ſunt nicomedie & meletene ·

ACcidit nanq̄ȝ apud nicomediam in ipſis
diebus ꝑtem aliꝗ̄ palatij incendio cōfla
grari · Quod impator a noſtris factum
ſuſpicans · furore ſuccenſus · iuſſit omnes caterua
tim collectos · gladio alios truncari · alios cōburi ·
Sed cū miniſtri interrogarēt ſingulos · ſi forte ſacri
ficaturi vellent dimitti · tam viri ꝗ̄ mulieres ne in
terrogari quidem ſe patiebant̄ · ſed vltro vel flam
mis irruere vel cedentibus gladijs certatim ceruī
ces obijcere · Cunq̄ȝ iam illiſipſis ſpectatoribus ni
mietas crudelitatis horreſceret · miniſtri ſcelerum
ꝑtem populi nauiculis iniectam · in mediū pelag⁹
adducūt · Ibiq̄ȝ in ſententia fidei ꝑſiſtentes in pro
fundum ꝓcipitant · Intantū vero apud eos exarſit
crudelitas · vt etiam regios pueros martires effe
ctos ac ſepultos effoderent · & corpa eoꝝ in mare
ꝓijcerent dicentes · Ne forte dij xp̄ianoꝝ efficiant̄.
& illi qui deos adorare nolebāt ſeruos noſtros a
dorēt · Putant em̄ ꝙ apud nos diuinus honor mar
tiribus deferat̄ · Cum hec apud nicomediā gererē
tur · haud ſegnius apud meletenā ꝓuintiam ſiriam
q̄ȝ omnes eccleſiarū principeſ carcerib⁹ retrudi &
in vinculis conici edictis principalibus vrgebant̄
Simulq̄ȝ cū his ex plebe viri ac mulieres nobiles
& ignobiles rapiebāt̄ · Fiebat vbiq̄ȝ miſerabile ſpe
ctaculū · Subito nanq̄ȝ inueniebat̄ in vrbe ſilentiū
& ſolitudo · ī carceribus ꝯſtipatio · Verum cum ꝑ
ueniſſet eſtuare ad principem carceres · & ꝑ inno
centium penas locū deeſſe criminoſis · noua rurſuȝ
edicta mittunt̄ · vt ex his qui ꝯcluſi erant ſi quis ī
molare vellet liber abſcederet · qui vero abnuerȝ ·
diuerſis penarū generibus interiret ¶ ·XXII· ¶
De his qui paſſi ſunt in paleſtina & tiro ·

QVm iam quante ꝑ ſingulas ꝓuintias mul
titudines martirū extiterūt · quis compre
hendere valeat · ſed nec illoꝝ quideȝ ago
nes · quos apud paleſtinā vel tirū ꝓſentes inſpexi
mus digne memorare ſufficimus · Neq̄ȝ em̄ audita ·
ſed oculis noſtris inſpecta narram⁹ · Exquireban
tur diuerſa tormentoꝝ genera · ſibi inuiceȝ ſuccedē
tia · flagris primo ꝑ omne corpus dei martires car
pebant̄ · Poſt hec ad beſtias tradebant̄ · Et omnis
contra eos hominum beſtiarūq̄ȝ & elementorum

crudelitaſ armabaẽ· Ad hec dei cultoreſ ſtatuunẽ
in medio denudate arene loco · Addiẽ adhuc arte
intra cauea beſtijs furoꝛ· & ita ſeuioꝛes ſemetip-
ſis effecte clauſtriſ ꝓruunt ſubito replent ſtadiū
circundant· eccleſiam martirū in medio ſitam cir
cūeunt ſepiꝰ & obluſtrant· & diuine virtutis eis
adeſſe cuſtodiam ſentientes· ꝓcul ab eis abſcedūt
Sed illico furoꝛ qui reprimebaẽ in beluis tranſit
in homines· Nemo dei ꝑſentem virtutem aut di-
uinū adeſſe piis auxiliū ſentiebat· Sed mittuntur
quibus hoc artis erat inſtigare beſtias cōtra eos
quos diuina gratia defendebat. Verum vt oſten-
deret omnibus nō beſtijs deeſſe feritatē· ſed diui
nā dei cultoꝛibus adeſſe cuſtodiā· Illos ipſos qui
ad inſtigandū mittunẽ· incredibili velocitate diſ-
cerpunt· Et cuȝ iam nullus ex eis auderet accede
re· iubenẽ martires ipſi commotis manibus aduer
ſum ſe beluas incitare· Sed nec ſic quideȝ aliquid
pari poterāt· Nam & ſi foꝛte aliqua fuiſſet ex be-
luis ꝯcitata· cū ꝑueniſſet ad ꝓximum· ꝓtinꝰ in ſe
metipſam ꝯuerſa repedabat· Tunc ſtupoꝛ ingens
& pauoꝛ omnes qui in ſpectaculis ꝯſedebant inua
ſerat· Sed temptaẽ adhuc ab hominibus deus· Iu
benẽ alij criminoſi beſtijs ſubigi qui omnes ī mo
mento pierūt a beſtijs in aera diſperſi· Sed nec ſic
quidem beſtie ꝯcitate dei cultoꝛibus aliquid gene
rabāt moleſtie· diuino eoſ ſpiritu velud muris va
lidiſſimis muniente· Iubenẽ ille amoueri· & ꝓ eiſ
alie dimitti· Que cū ſimiliter nihil triſte ſanctis ī
ferrent· amotis etiam his ſeuioꝛes feris homines
martiribus immittūt· gladijſqȝ ꝑagunt· quod be-
ſtijs nequiuerūt · Et vt in omnibus ſe beluis eſſe
nequioꝛes oſtenderent· ꝓhibebant & cadauera
terre mandari· & iubebāt fluctibus dari

¶ ·XXIII· ¶ · De his qui ſunt paſſi ī egipto·

IN egipti quoqȝ ꝓuincia· innumerabiles
nō inferioꝛi gloꝛia tam viri ꝗ͂ femine ac
pueri· Per fidem domini iheſu xpi ꝑſen
tem vitā ꝑuipendentes· futurā gloꝛiā queſierunt
Quidam ex eis poſt verbera· poſt vngulas· poſt
flagella· alioſqȝ diuerſi generis hoꝛribiles crucia-
tus· flamiſ traditi ſunt· Alij in mari ꝑcipitati· Nō
nulli etiā capite ceſi ſunt · ita vt ſponte ceruices
ſuas ſecuribus darent· nonnulli inedia ꝯſumpti·
Alij patibulis affixi· in quibus quidā moꝛe ꝑuerſo
capite deoꝛſum preſſo· pedibus in ſublime ſubla
tis· toꝛti ſunt· Apud thebaidem vero omnē narra
tioneȝ ſuꝑat agitata crudelitas· ꝓ vngulis teſtas
fictiliū vaſoꝝ toꝛtoꝛes adhibebant· Quibus om
ne coꝛpus eouſqȝ lacerabat· donec totā carnis cu
tem eraderent· Mulieres quoqȝ nudas· ita vt ne
pudenda quidem ꝯtegerenẽ arte quadā & machi
nis ꝯpoſitis vno pede ī excelſo ſuſpenſas. & capi
te in terrā diuerſas· indigniſſimo ſpectaculo ꝑ di
em ꝯtinuuȝ pendere ſinebant· Alias ſicubi vicine
ſibi due arboꝛes inueniebanẽ vi quadā ab vtraqȝ ī
flexis ꝯtra ſe inuicē ramis· eiſqȝ ſingulis ſingulos
pedes martiris obligantes· ſubito ramos quos vi
inflexerant relaxabāt· qui cū ad ſitū ſuum impetu
naturali referrenẽ· diſcerptis viſceribuſ· auulſa ſe
cū menbꝛa rapiebāt ¶ ·XXIIII· ¶ Paſſio ſancti
philee epiſcopi cū pluribus ceteris·

NOs quoqȝ cū in egipti ꝑtibus ꝑ idem tē
pus iter perageremus· oculis noſtris in
ſpeximꝰ· vt ſedēti ꝓ tribunali ſeuiſſimo
ꝑſide· offerrenẽ innumeri fideliū populi· quoſ ille
ꝑ oꝛdineȝ ꝯfeſſos ſe eſſe xpianos iuſſit capite ple
cti· Qui egreſſi ad ꝯtiguum menibꝰ campū· non
carnificū nexibus tracti· ſed fidei vinculis coliga
ti· ſponte omnes· immo alter alterum preueniens
ceruices cedentibus obiectabāt· Viderāt cede feſ
ſos carnifices reſidere· vires reſumere· gladios
mutare· nullꝰ tamen ex omnibꝰ ne ꝑuulus quidā
infans deterreri potuit a moꝛte· Sed hoc ſoluȝ pa
uebant ſinguli· ne dum foꝛte ꝓperum ſol vergēs
diem clauderet· ſeꝑatus a ꝯſoꝛtio martirū remane
ret· & dum prioꝛes quiqȝ iugularenẽ· reliqui non
deſidie aut coꝛpoꝛi indulgebant· ſed pſallentes &
himnos deo canētes· locū quiqȝ martirij ſui expe
ctabāt· vt extremos ſpiritus in dei laudibꝰ exhala
rent· Hanc coꝛonā gēma nobilioꝛ adoꝛnabat· hūc
gregē paſtoꝛ illuſtrioꝛ decoꝛabat· Phileas ſcȝ qui
vrbis ipſiuſ que timus appellabaẽ epiſcopus erat
Hic cū plurimos ꝓpinquos nobiles haberet ī vꝛ
be frequēter ad ꝑſideȝ ducebaẽ· eiuſqȝ monitis ac
quieſcere ſuadebaẽ· tot & tantis ꝓpinquis exoꝛā
tibus vxoꝛis & liberoꝝ reſpectū habere· nec cep
ta ꝑſumptione ꝑſiſtere· At ille garrientium dicta
deſpiciēs· ad celū animo tendebat. parētes & ꝓ
pinquos ſanctos martires & apoſtolos dicebat·
Aderat tunc quidā vir agēs turmā militū roma
noꝝ· nomine philoꝛomꝰ· qui cū videret phileā cir
cundatū lacrimis ꝓpinquoꝛum· & ꝑſidis callidita
te fatigari· nec tamen vllatenus flecti poſſe· aut ī
fringi· exclamauit· Quid inaniter conſtantiā viri
tēptatis· eumqȝ qui fidem deo ſeruat· infidelē effi
cere vultis· Quomodo poteſt lacrimis terrenis
flecti cuius oculi celeſtem gloꝛiam ꝯtuenẽ· Tunc
cunctoꝝ ira in eum verſa· vnā ipſum cū philea ſu
bire ſentētiam poſcūt· Quibus libēter annuēs iu
dex· vtrūqȝ plecti capite iuſſit ¶ ·XXV·
Qualiter idē in vinculis poſitus ſcripto gregem
ſuum ꝯfoꝛtauit·

¶ Hieronimus de illuſtribꝰ viris·

HIc phileaſ de ciuitate thimi nobili genere
& non ꝑuis opibus· ſuſcepto epiſcopatu
librum de laude martirū ꝯpoſuit· Euſebi
us vbi ſuꝑ· ſcribēs igiẽ ad thimoitas poſt aliquā
ta hec refert· Hoꝝ nobis bonoꝝ exēpla· beati mar
tires ꝑbuerunt· qui vna nobiſcū in agonibus ꝑdu
rantes moꝛtē ꝓ pietate ceperūt· Conſiderabāt eñ
deū ꝓpter noſ hominē factū· hec docuiſſe noſ exē
plo ſuo· vt vſqȝ ad moꝛtē obluctemur cōtra pec
catū· quoꝝ nūc ſi velim robur & tolerantiā expo
nere · nec mihi copia tanti ſermonis ē · nec puto a
lijs ꝗ͂ his qui oculis ſuis viderunt q̄ geſta ſūt cre
dibilia videri· Erant eñ expoſiti omnibus volēti
bus ꝓ libidine ſupplicia inferre· Et ſi qđ aliquis ꝑ
ocium excogitās nouum genꝰ ſupplicij detuliſſet
licebat eis inferre. verberabanẽ alij fuſtibꝰ· alij vir
gis· alij flagris· nōnulli loꝛis diſtricti vel funibus
appēſi· Eratqȝ ſtudium ꝑ ſingulos· nouum genus
adinuenire ſupplicij· Poſt tergum alij iunctis ma
nibus appendebanẽ· & trocleis diſtēti mēbꝛatim
diuellebanẽ· Iam vero vngulis exarari vetꝰ ac le
ue ducebaẽ· non vt latronibus & homicidis ſolet
tantū latera fodiebant· Sed & vēter. & femoꝛa. &
tibie· & vſqȝ ad vngues vngula ꝑueniebant· Sȝ
nec facies quidē nec frons a toꝛmētis immunis
remanebat· Cunqȝ coꝛpa fuiſſent abſqȝ omni hu
manitate laniata expoſita in publico· & nudata ñ
ſolū veſte ſꝫ etiā cute· crudele cūctis ꝑtereūtibꝰ
ſpectaculū fierēt· Quoſdā vero colūnis ꝯſtrictoſ

B

ꝯſtrictos & poſt tergum diſtortis brachijs vin-
ctos relinquebant. Alij pene totū diem ſuſpenſi
in eculeis exigebant. Et cū omne corpus vel tor-
mentis vel verberibus fuiſſet abſumptū. trahi nu
dum pedibus rurſuȝ iubebant ad carcerē. ibiqȝ cip
po pedibus ꝯcluſis. recētibus adhuc terga vulne
ribus reijciebant in ſolū teſtarū fragmētis ſubter
ſtratū. Interea ꝙ̄plurimi vſqȝ ad mortē fortiter ꝑ
durātes. tirannis pudorē non minimū ꝯferebant.
Alij recepta ſanitate corpis. ad repandos denuo
agones diſpēſatores penarū ſponte ꝓuocabant.
Quos illi erubeſcētes rurſum ad tormēta reuoca-
re ipſa eoꝝ audacia territi. capite cedi iubebant.
Hec beatꝰ phileas in vinculis poſitus. & in carce
rē retruſus. cōmiſſe ſibi eccleſie ſcribebat. Quibꝰ
eos vna ſecū ſocios martirū & ꝯſortes celeſtiū fa
ceret coronarū. ¶ XXVI. ¶ De his que paſſa ē
eccleſia in frigia. & arabia. ceteriſqȝ ꝓuincijs.

IAm, vero illud qđ apud frigiam geſtum
ē quis audeat p̄terire. in quo & omnia
humanitatis. & ꝓpria romani regni iura
violata ſunt. Vrbem quendā xp̄ianoꝝ ſacrificare
nolentiū. iubēt circundari. ipſamqȝ cū ciuibus ſcȝ
viris mulieribus & ꝑuulis igne cōcremari. ita vt
nullus etiā cū optio daret ex vrbe abſcederet. Cu
ius numeroſi martirij extitit actor & dux vir re-
ligione & omni benignitate clarus nomine adun
ctus. honoribꝰ palatij ꝑ gradꝰ ſingulos. vſqȝ ad
officioꝝ magiſteriū ꝑfunctꝰ. Quis poſſit vel illa
repetere. quibꝰ apud arabiā ſancti martires ſecu
ribus ceſi ſunt. Aut que in capadocia geſta ſunt.
vbi crura dei cultoribꝰ frāgi iubebant. Quis me
ſopotamie referat cruciatꝰ vbi xp̄ianos ſingulis
manibꝰ pedibuſqȝ ſuſpēſos. amariſſimo fumo ſub
ter īgeſto indignis cruciatibꝰ enecabāt. Alios ve
ro lento igni ſubter adhibito. longioribꝰ tormētis
abſumebāt. Illa quoqȝ quomō replicē. que apud
alexandriā geſta etiā veterū poetarū fabulas vin
cunt. vbi obtrūcatis auribꝰ. & in honeſto vulne
re naribꝰ manuū quoqȝ ceteroꝝqȝ membroꝝ ſumi
tatibꝰ amputatis. truncū ſinebant abire deriſum.
Apud antiochiā vero quomodo recordabor crati
culas prunis impoſitis. quibꝰ xp̄iani ſuppoſiti tor
rebant. Sed inter hec duo iuuenes nobiles comp̄-
henſi cū ſimulacris cogerent immolare. dixerunt.
Ducite nos ad aras. & cū fuiſſent adducti. manꝰ
ſuas igni ſupponētes ardēti. ſi ſubtraxerimus inq̄
unt. ſacrificaſſe nos credite. & quoadvſqȝ caro om
nis igni deflueret. immobiliter ꝑdurarunt. In re
gionibus aūt ponti crudeliora gerebant. Arundi
nes acute quibuſdā ſub vnguibꝰ digitoꝝ infige-
bant. Alijs plumbū igne liquefactū dorſo īfunde
bant. Suſtinebāt tamen omnia fortiſſimi ac pijſſimi
martires. cū preclari iudiceſ in eo ſolo ſapientiam
ſuā omnibus futurā in admiratione cenſerēt. ſi ali
qđ noue crudelitatis ſuppliciū inueniſſent.

¶ XXVII. ¶ De ſancto eraſmo antiocheno
epiſcopo. ¶ Ex geſtis eius.

QVm aūt in antiochia diocleciani decretū
ꝯtra xp̄ianos ꝓceſſiſſet. vt quicunqȝ dis
non ſacrificaret. multis ſupplicijs deperirȝ
Hoc audiens beatꝰ eraſmus epiſcopꝰ heremū pe
tijt i qua ꝑ. vij. annos habitauit iuxta montē liba
ni. diuine ꝯtemplationi vacans. multiſqȝ ſignis &
virtutibꝰ choruſcans. ꝑ qđ ſeptēnale ſpaciū eſca
diuinitꝰ ei miniſtrabant ꝑ coruum. Vniuerſe etiā
fere naturali ferocitate poſtpoſita. manſuetas ei.
ſe p̄bebant. & cellulā eiꝰ frequentabāt. ꝓſternen
teſqȝ ſe ad veſtigia eius. venerationem ei dignam
exhibebāt. Angelico quoqȝ ſepe in eiſdem lociſ cō
fortabant colloquio. Quadā die vox ad eum de ce
lo facta ē vt in ciuitatē deſcenderet. Cunqȝ illuc
deſcēdiſſet. multos a demonibus vexatos. in noīe
hieſu xp̄i liberauit. multos ī ſacro baptiſmate cō
ſecrās ad deum cōuertit. Hec audiēs diocleciānꝰ
iuſſit eum teneri. ſibiqȝ p̄ſentari. Interrogatus ab
eo. quid ꝓfiteret. xp̄ianum ſe eſſe reſpondit. Cun
qȝ monitis eiꝰ acquieſcere nollet. vt dijs eiꝰ ſacri
ficaret. iuſſit plumbo latera eiꝰ cedi. Deinde fuſti
bus grauiter macerari. ſed nihil ei nocuit. Poſtea
reſina. pice. ſulphure ſimul cū cera ꝑfuſus illeſus
apparuit. Nam angelus ei aſtitit. qui totū illud in
cendiū refrigerauit. illeſum ꝑ omnia martirem red
didit. Tunc vniuerſa plebs antiochenoꝝ exclama
nit. Dimitte iuſtum hominem ciuitatis epiſcopuȝ.
quia deus xp̄ianoꝝ in illo opatur. Dum hec auteȝ
fierent. ſubito terremotus factus eſt magnus. to
nitruaqȝ & choruſcationes fere ꝑ tres horas. ita
vt ciuitas ab ira dei tota pire putaret. Imperator
tāto fragore ꝑcuſſus diſceſſit. Tandeȝ ſe reuocās
ad populum ait. Seductor iſte deos noſtros bla-
ſphemauit. ideo ꝯturbatio talis accidit. Iuſſitqȝ
ſanctū in carcerem introduci. & ceruicem eius ac
manus ingenti cathenarum pondere compediri.
penā mortis ītentās. ſi quis ei vel pauxillum aque
miniſtraret. Anuloqȝ ꝓprio carceris oſtia muni
uit. Circa terciā vero noctis horā ſanctus ad do
minum clamauit. Et ecce ſubito carcer illuxit. & q̄
ſi aromatibꝰ eſſet plenus flagrauit. & xp̄c domi
nus ingreſſus eum vt ſurgeret vocauit. Statimqȝ
omnis cathenarum colligatio diſſiluit. & ferrum
quaſi cera liquefactū eſt. Sanctus auteȝ in medio
carceris ſtabat. Deumqȝ collaudās orabat. Et ec
ce angelus domini dixit ei. eraſme p̄cingere. & ve
ni mecū in italiā. Ibiqȝ domino populū acquires
in vitā eternā. ſtatimqȝ quaſi colūba xp̄i ī momē
to lucridā vſqȝ deportatus ē. Alia vero die ꝓrum
pens imperator ad carcerē. anuli ſui ſigillaturam
integrā recognouit. & miſſis intro miniſtris ait.
Educite magū iſtū qui deos noſtros adnihilauit
Qui ingreſſi cū clamore & ſtupore redierunt dicē
tes ſe hominem nō inueniſſe. ferrū uero quo uin
ctus fuerat in cinerem redactū eſſe. Tunc diocle
cianus ꝯfuſus cepit alapis ſibi frontē contūdere
dicens. ve dijs meis. quos hodie ꝯtemptui haberi
ꝑpendo. Regnoqȝ meo ludibriuȝ inferri ꝑſentio.
Multi enī iam ad ſpectaculū martiris ꝓperabant.
Vidue quoqȝ & orphani ep̄m exigebant dicētes
Redde nobis patrē noſtrum. ne ciuitas ꝑiclitet.
omniſqȝ plebs lacrimabiliter uociferabant. Quid
feciſti de homīe iuſto. Redde eū ciuitati ſue. Dio
clecianus autem nimis anguſtiatus. licet ueſano
ſpiritu ꝑflaret. rei tamen ueritatem fatebant dicēs.
ꝙ cum angeli rapuiſſent ut putabat ī celis. & uix
tumultuantem ſedauit multitudinem

¶ XXVIII. ¶ De fructu p̄dicationis eius in
urbe lucrida.

QVum autem ſanctus eraſmus ad urbem lu
cridā angelico ductu ꝑueniſſet. & ſigniſ
& uirtutibꝰ uiā regni dei quā p̄dicabat
aſtruebat. & populum deo acquirebat. Eratqȝ ibi
uir nobilis anaſtaſius eiuſdem loci primariꝰ cuiꝰ
filius cū lacrimis & planctu ſuoꝝ cum efferretur
mortuꝰ uir ſanctus obuius eis factus. facta orōe

eum ſuſcitauit· Exurgēs aūt puer exclamauit Ve
re magnus eſt deꝰ xpianoꝝ· qui ꝑ famulū ſuū era
ſmum me reſuſcitauit ·pater vſqꝫ nūc errauimus
Nā deos quos colebamꝰ vidi in inferno torqueri
incendijs gehēnalibꝰ· Deꝰ vo quē pdicat eraſmꝰ·
ſolus deus eſt. & magnꝰ deꝰ · Hoc audito anaſta=
ſius credidit· & domꝰ eiꝰ· & vniuerſꝰ populus ba
ptizati ſūt·xl· milia hoīm· Cepitqꝫ vniuerſus po=
pulꝰ aras ſubuertere ·et ſimulacra conterere· Eraſmꝰ
aūt i doctrina cōfirmare· Maximianꝰ aūt ea q̄ fa
cta ſūt lucide vt audiuit· eraſmum teneri & ſibi
offerri iuſſit· Qui interrogatꝰ ab eo ·cuiꝰ religio=
nis ſe cultorē aſſereret ·tacebat. celūqꝫ oculis aſpi
ciebat· Maximianus aūt eū exalapari iuſſit & ait·
Conſule tibi & accede ſacrifica dijs noſtris· Qui
reſpōdit. qbus dijs iubes me ſacrificare· Apphen=
dit ille manū eiꝰ ·eūqꝫ in interiora tēpli deducens
oſtēdit ei ſtatuā ·xij· cubitoꝝ dicēs Hic eſt iouis
inuictiſſimus ·cui ego & oīs cetus noſter debui=
mus· Ac ſāctus viſo dyaboli ſigmēto ſignū ſācte
crucis oppoſuit· ſtatimqꝫ ſoletenus ſtatua illa cor
ruit· et penitꝰ cōminuta ·et in cinerē redacta eſt·
ex qua etiā draco magnus exiuit · Qui tracto lu=
brico pniciosus ferebatᷣ in populū ·qui & haneli=
tu ſimlʳ importabilis· & viſu quos obuios habuit
interfecit · Impator ergo ſe vidēs illuſū· ad palati
um feſtinus occurrit· Vir aūt ſāctus drachoni ne
amplius in populū deſeuiret impauit Qui ſtatim
diſceſſit· Qꝫ vidēs populus hic ſirmitanoꝝ ꝓcla=
mauit· Magnus eſt deus xpianoꝝ. multiqꝫ credi
derunt in dn̄m · Indignatᷣ aūt ſathanas cū ſuis· &
vaſa q̄ diu poſſiderat· ſibi eripi dolebat· fremituſ
qꝫ & colliſiones pualide q̄ſi cōpugnantiū aduſuꝫ
ſe caſtroꝝ audiebatᷣ in aere· Ecōtra ſāctis angelis
gaudiū erat· ita vt audirentᷣ voces iubilātiū & ca
nentium gloria in excelſis deo ꝛc· Populus aūte
ſuccinēdo reſpōdebat amē· Maximianus aūt indi
gnans. pcepit omnē illum cetum candidatoꝝ cru
ciari· ſicqꝫ triginta milia circiter ſacrificare nolē
tes martirio ꝯſummati ſunt· Qui dū ducerentᷣ ad
victimā clamabāt· Ora ꝑ nobis pater eraſme. &
cōmenda nos deo· Qꝫ cū feciſſet obuiātes angeli
ſancti martiꝝ animas triūphātes ſuſcipiebāt· de
ducētes ad celi palatia· Audiebantᷣqꝫ voces canē
tium alleluia·

¶ ·XXIX·

De quibus tormentis illeſus exiuit·

TVnc maximianus furibūdus contra ſāctū
iuſſit tunicā habitudine ereā ſtatu re cor
poris eius adequantᷣ exhiberi & vehem
ter igniri· ſanctoqꝫ martiri circūdari· Qui facto
xpi ſignaculo xp̄m interius indutꝰ excādeſcens
illud indumentū letꝰ & alacer ſibi circūdat pſallēſ
& dicens· Trāſiuimꝰ ꝑ aquā & ignē. nunc educas
me deus in refrigeriū· Statimqꝫ tunica illa adeo
refriguit· ac ſi largiſſimis imbribꝰ inundaretᷣ· nec
aliquā aduſtionis maculā beato martiri ꝓrſus in
tulit· Qui mox impatori gratulabūda voce inſul
tans ait· Ecce comꝓbaſti ſtultiſſime hoīm· qꝛ vir
tus xpi flamis & ignibꝰ impauit. et deos tuos la
pideos & fuſiles inualidos reddidit· Tunc impa
tor iubet ſartaginē igniri· plumbūqꝫ· picē· reſinā·
cerā· oleumqꝫ pariter in ea eliquari· et athletā xpi
pcepit illic immergi dicēs· Nūc eraſmus artes ſu
as excitet. nūc ferrea latera ſibi fabricet· noſtrūqꝫ
ſi pualet contemnat imperiū· et preparatum eludat in
cendium· paretᷣ tirānicis pceptis· & ingens olla
lignoꝝ copia ſuccenditᷣ· quā ſāctus xpi vexillo ſe
muniēs letiſſimus inſilit dicens· Hec olla michi re
frigeriuꝫ pſtet· in nomine dn̄i hieſu chriſti· Illo ta
lia ꝓſequente· circa corpꝰ innoxiū furebat incendi
um. & velut indignās ad iniurias eidē illatas· ad
vltionem eius creatura armatᷣ· Nā exiliens ex vn
doſa ſartagine· quedā torrēs ſcintillacia maximia
num comminꝰ ſtantē (nō neſcia quē quereret) pe
tit· eiqꝫ adeo valide infligitᷣ· vt cū eiulatu terribi
li vociferaretᷣ dicens· Ardeo ardeo viroꝝ optime
eraſme ora pro me· At ſāctus qui inter ſpumeos
ardentium vertiginū cumulꝰ ſubito crecebatᷣ ar
ſurus· ſtupentibꝰ cūctis· illeſus ibi diutiꝰ pſtitit
& tandē ex ſartagine rediēs· ludibūdus maxiano
dixit· Quid ē impator· ecce dn̄s noſter hieſus chri
ſtus· cui oīs creatura debuit machinamēta tua diſ
ſoluit· et dolor quē michi pararas· in caput tuuꝫ
recidit· aīmaduertendū licet tibi· quō cum ardori
bus ſēpiternis poteris habitare· ſi temporariū igni
culum ſufferre nō pualuiſti· Et q̄uis iā tibi reſpō
deat malicia tua futuroꝝ maloꝝ pſaga· patientiā
tn̄ dn̄i hieſu qui malum ꝑ malo reddere ꝓhibet·
imitantes· in eiꝰ noīe precipimus vt a vexatōnis
huiꝰ dolore dimittaris· vt circūſtans populus dei
potentiā collaudans· a dyaboli laqueis reſipiſcat·
quo dicto ſtatim ab illo ꝯquieuit oīs vſtulatōis
leſio·

¶ ·XXX·

¶ De felici tranſitu eiuſdem·

AT ille miſer putans ſibi magicis artibus
illuſionem inductā· iuſſit ſanctū ad carce
rem deduci· et cathenis vinciri ac diligen
ter cuſtodiri· vt in ſequenti die nouis & inexptis
eum tormētis diſcerperet· ac cū ſāctus i carcere
vinctus teneretᷣ noctis medio iuuenis ei ſplendi
diſſimus apuit· pulſanſqꝫ latus eiꝰ· et omnē cōca
thenationem diſſoluēs ait· Eraſme ſurge. et appre
hendens eum eduxit de ciuitate· Qui diuina ꝓuiſi
one repta naue trāſmigrauit ꝓuinciā· Maximianꝰ
vo interim cū eū requiſiſſet· et nō inueniſſet exagi
tans caput· et in riſū ſolutus· magnos inquit cru
ciatus ꝑtulit eraſmus· ſed dū fuge ſapienter ꝯſu
luit· maiores effugit· Seruus aūt dei delatus in cā
paniam· ad ciuitatē formianam ꝑ· vij· dies ibi dei
laudibus vacans· ꝯſolatione diuina refouebatᷣ· et
angelica viſitatione recreabatᷣ· Quibus cōpletis·
vox de celo ꝯſolatoria ad eū facta eſt dicēs· Era
ſme ſerue bone & fidelis· qui bonū certamē cēta
ſti· qui maximū michi fructū in terris acq̄ſiſti· ve
ni ingredere in gaudiū dn̄i· Suſcipiens aūt vidit
coronam rutilantē deſurſū allabi ac ſuꝑ ſe dimitti
& inclinans caput ſuū dixit· Dn̄e ſuſcipe ſpiritum
meū in pace· Tūc deuotiſſimas deo gratias agēs
animaꝫ creatori ſuo ꝯſignauit· que niue candidior
apparens· angelico ductu deportata· viſa ē celoꝝ
alta penetrare.

¶ ·XXXI·

¶ · De ſācto bonefacio & aglae· ¶ Ex geſtis eius·

IN illis etiaꝫ tpibus erat rome mulier nobilis noīe
aglaes filia acacij quōdam ꝓcōſulis· Hec ergo ter
candidam egerat rome pfecturam· habens ſub ſe
lxx· ꝓcuratores & tres· et vnum q̇ ſuꝑ oīes erat
nomine bonefacium adulteꝝ. qui etiaꝫ cū ea cōmi
ſcebatᷣ in peccatum· Erat tn̄ hoſpitalitatis largus
et opibus miſericordie intentus· Tandē aglaes ꝑ
gratiam dei cōpuncta· vocato illo dixit· fratᷣ ſcis
in q̄ta peccata ꝯuoluti ſumus· non eſtimantes qꝛ
deo aſſiſtere debemꝰ. et rationē reddere de malis q̄
geſſimus· Audiui aūt a xpianis qꝛ ſi quis admini
ſtrauerit ſanctis q̄ agonizantᷣ ꝑ noīe chriſt· ꝯ ſors

eoꝝ fiet in die iudicij · Perge igit̄ in ꝑtes orientis
vbi agonizant̄ ut didici · et affer nobis reliq̄as ma
tirum · ſi quomō adminiſtrantes eis & oratorias
domos edificātes · ꝑ ſanctas eoꝝ paſſiones ſalue
mur tā nos ꝙ alij multi · Qui accipiēs auꝝ ad cō
ꝑanda corpa ſanctoꝝ · et adminiſtrationē egenoꝝ ·
et · xij · equites · egrediens dn̄e ſue ait · Si inuenero
ad cōparandū corpa ſanctoꝝ martiꝝ · afferā mecū
Sin vō corpus meū venerit in noīe martiris ſuſci
pies illō · At illa · abijce inq̄t abſte ebrietatē & ſtul
tiloquiū · et ſic vade ut deuotus · Quare ſic loq̄ris
qui ſanctoꝝ corpa portare habebis · Egrediēs er
go puer bonefaciꝰ cogitauit ut q̄z licet indignꝰ et
peccator ſanctoꝝ corpa portare haberet · a carni
bus et vino abſtinere deberet · factaq̄z oratōne ad
deum · ambulās venit in ciuitatē tharſū · et cogno
ſcens ꝙ athlete xp̄i agonizabant̄ in martirio · dixit
ad eos q̄ erāt cum eo · Euntes requirite nobis ho
ſpitium · et ego vado videre eos quos valde deſi
dero · Pergēs igit̄ ad ſtadiū · vidit martires in tor
mentis poſitos · vnū ſuſpenſū a capite deorſuz &
ignē ſubtus eum ſtratū · aliū inter ligna q̄ttuor ex
tenſum & diutiſſime maceratū · alium vngulis la
ceratum · aliū manꝰ habētes abſciſas · aliū ſtipitem
in collo eiꝰ fixum & a terra exaltatū · alium retro
manus & pedes habentē · et ſic fuſtibꝰ a miniſtris
ceſum · Accedenſq̄z cepit oſculari eos · et voce ma
gna clamare · Magnꝰ deus xp̄ianoꝝ · magnꝰ deus
ſanctoꝝ martiꝝ · obſecro vos famuli xp̄i · orate ꝓ
me · vt ego merear veſtri ꝯſors inueniri · Sedenſq̄z
ad pedes martiꝝ qui plectebāt̄ · vincula eoꝝ oſcu
lans · ipſoſq̄z ad patientiā exhortās · Quē intuens
iudex ſimpliciꝰ ait · Quis eſt iſte · qui de ꝯtemptu
meo ac deoꝝ iniuria hoc gerit · applicet̄ ergo an̄ tri
bunal meum ·

· XXXII ·

De paſſione ſācti bonefacij ·

QVnq̄z adductꝰ fuiſſet · interrogatꝰ quis
eſſet · xp̄ianum ſe eſſe ꝯſtāter reſpōdit · et
ydolis īmolare penitus recuſauit · Vnde
iratus iudex iuſſit eum ſuſpēdi · & corpꝰ eiꝰ diuti
us radi ita vt oſſa eiꝰ apparerēt · At ille tacebat et
oculos attētos ad martires habebat · Cūq̄z ſacrifi
care nolens ꝑſeueraret · iudex iuſſit calamos acui
eoſq̄z ſub vngulis manuū eiꝰ infigi · Qꝫ cū fieret ·
aſpiciens martir ī celū dolores alacriter tolerabat
Videns aūt iudex ꝙ minime tormēta ſentiret · iuſſit
os eiꝰ aꝑire & plumbū bulliens infūdi · Qui aſpi
ciens in celum orauit · et ad ſāctos martires vt ꝓ
ipſo orarent exclamauit · Qui cū cōpleſſēt oratōez
& dixiſſēt amen · factꝰ eſt ploratꝰ a turba · et vo
ciferatio maxima dicentiū · Magnus deus xp̄iano
rum · xp̄e fili dei ſalua nos · ꝑeant ſimulacra gētiuz
Omniſq̄z plebs impetū fecit · et aram deſtruxit · Iu
dex quoq̄z timens turbas ꝓpter tumultū receſſit ·
Diluculo aūt ꝓ tribunali reſidens · eū ſibi aſſiſti fe
cit · videnſq̄z eū adhuc in fide crucifixi ꝑſeuerantē
iuſſit afferri ollam & pice impleri · et bulliēte pice
ſanctum in ea in uerſo capite mitti · Angelus dn̄i
deſcendens ollam tetigit · & vt cera ꝓtinus an̄ fa
ciem ignis liq̄facta · ſancto q̄dem moleſta nō fuit
Multos aūt de aſtātibus accēdit · Tremefactꝰ igi
tur iudx ꝓ virtute xp̄i & admirās · patientiā mar
tiris ſancti · iuſſit gladio caput eiꝰ abſcidi · Tūc ſpi
culatores eum de medio incendij feſtinanter tule
runt · qui impetrata ab eis hora ꝑua ad orandum
ꝯuerſus ad orientem · deū depcatus eſt · Deinde a
ſpiculatore ꝑcuſſus eſt · & factꝰ eſt terremotꝰ ma
gnus · ita vt oīs exclamarent dicentes · Magnus
eſt deus chriſtianorum ·

· XXXIII ·

De trāſlatione corpis eiꝰ apud beatā aglaem ·

COnſerui aūt bonefacij circūibant vbiq̄z
requirentes eū · et nō inueniētes dicebāt
adinuicē · modo ī adulterio · aut ī taberna
poſitus epulat̄ · Cunq̄z obuiaſſet eis vnus ex offici
alibus · dicūt ei · Vidiſti ne forſitan aliquē ꝑegrinū
romanum · Qui reſpondit · heri vir ꝑegrinꝰ ꝓ xp̄o
capite plexus · adhuc ī ſtadio eſt vbi & paſſus eſt ·
At illi · Hic inquiūt quem querimꝰ adulter eſt &
ebrioſus · Sequuti ſunt tn̄ officialē vſq̄z ad ſtadiuz
qui oſtendit eis corpꝰ p̄cioſum · Queſierunt etiam
ab eo vt oſtenderꝫ eis & caput · Quo oſtenſo cū il
lud ꝯſiderarent · riſit in ſpūſancto · et cognoſcētes
fleuerunt amare dicentes · Ne memineris peccati
noſtri · q̄z tāta locuti ſumꝰ de te famule xp̄i · Eme
runt igit̄ ab officiali corpꝰ martiris quingētis ſol
vngenteſq̄z illud aromatibꝰ · et inuoluētes p̄cioſis
lintheaminibꝰ · poſuerunt in baſterna et ſic ꝓfecti
ſunt · angelus aūt dn̄i appꝑuit dn̄e ſue dicēs · Quē
aliq̄n habuiſti ſeruū nunc ſuſcipe ſicut dn̄m · Pro
ſola eni eius interuentōe peccata tibi relaxabūtur
oīa · Que ꝯfeſtim ſurgens · clericos & religioſos ſe
cum accepit · et ſic cum himnis & cāticis & omni
veneratōe ſācto corpi obuiauit · Et repoſuit illō
ad ſpaciuz · v · ſtadioꝝ ab vrbe roma via latina di
gnam domū ei edificās · In quo etiā loco beneficia
ſancti martiris oratōibꝰ exuberāt · Beata aūt agla
es abrenunciauit mūdo & eiꝰ pompis oīa ſua di
ſtribuens egenis · Relaxās etiā vniuerſā familiā ſu
am a iugo ſuitutis · Sicq̄z cuz paucis puellis chri
ſto famulata · tantā gratiā a deo meruit accipe · vt
& demones expelleret · et diūſas infirmitates cu
raret · Supuixit aūt in habitu ſāctimonialium · an
nis · xiij · et ſic obdormiuit in dn̄o ·

· XXXIIII ·

De ſc̄a iuliana v̄gine & martire · Ex geſtis eiꝰ ·

TEmpore quoq̄z maximiani erat ſenator
quidā · eleuſius ipſius imꝑatoris amicus
Hic deſponſare ſibi puellā volebat nobi
lem iulianā affricani filiā · Qui et ipſe xp̄ianoꝝ ꝑſe
cutor erat · At vxor eius dū intentōez ſacrilegam
ꝑhorreſceret · neq̄z xp̄ianis · neq̄z paganis miſcebat̄
Iuliana vō virtute pleniſſima · ratōabili ꝯſilio cre
atorem oīm deū colebat · et quotidie currēs ad ec
cleſiam orationi vacabat · Cūq̄z vellet eleuſius nu
ptiarum ſolēnitatem implere · dixit illa · Eūtes dici
te ei · Si credideris in deū meū accipiaꝫ te marituz ·
qḋ ſi nolueris nunꝙ michi dn̄aberis · Qꝫ audiēs ꝑ
fectus eleuſius · nunciauit patri eius · Qui ꝑgens
ad eam · p̄mo quidem blandis · dinde feras & ignē
cōminans · vt ei conſentiret · Hec ab ea verba audi
uit · ꝑ filium dei ſi debeam viua incēdi · nec tibi cō
ſentio · ſed priuſꝙ negem xp̄m oīa gratis ſuſtineo
Tunc ceſam et cruciatam tradidit eam prefecto
ſponſo ſuo · Qui videns eius pulcritudinē · molliſ
ſimis eam verbis allocutus eſt · vt eius coniugio
ſponte cōſentiret · Que cuz penitus nollet · niſi il
le patrem & filium & ſpūmſanctū adoraret · iratꝰ
iuſſit eam cedi cū virgis ita vt mutarent̄ ī ea · vij
milites viciſſim cedentes · Deinde cum nollꝫ ſacri
ficare diane · iuſſit eam ꝑ capillos · v · horis appēdi
Poſt hoc autē es ꝯflari & exſpoliatam eam a capi
te vſq̄z ad talos ꝑfundi & ſic eā incendi · Qꝫ factū
cum nichil ei nocuiſſet · iuſſit ꝑ eius femora liga
men mitti & ſic eam in carcerem recipi · Tunc ora
uit ſancta iuliana et ait · Dn̄e deꝰ oīm diſpēſator

merentium defenſor· errantiū paſtor· exaudi me pcōr· et ne deſeras me· qm̄ pater me⁹ & mat̄ mea dereli.. querūt me· extingue tirānidē ɔtra me inſurgentem· et fac erubeſcere dyabolū ɔtra me reſiſtentem· ¶ XXXV·

De ɔflictu eiuſdem cum demone·

Et dum finiſſet oratione demon veniens in figura angeli dicit ei· Iuliana dilecta mea· pat tibi pfect⁹ alia tormēta peſſima Cum ergo te de carcere iuſſerit egredi· accede & ſacrifica ut ſalueris· ad hoc em̄ miſſ⁹ ſū angel⁹ dei Tunc illa amariſſime ingemiſcēs· orauit cū lacrimis dicens· Dn̄e ne pmittas me pire· ſed cōforta cor meū· et ſignifica michi in noīe tuo confidenti quis eſt q̄ pſuadet hoc michi· Statimq3 vox ad eā facta eſt· Cōfide iuliana· tene eū qui tecū loquit et ſcies quis eſt· Que ſana facta a doloribus ſuis tenuit demonē & dixit· Dic michi q̄s es· aut vnde. & quis te miſit· Qui ait· ego ſū iophin niger· mali oblectator· tormēti amator· homicidijs gaudēs. luxuriā ſuadens· miſſ⁹ a beelzebub· qui toti⁹ mali eſt inuentor· At illa dixit· Immūde ſpūs· quō preſumpſiſti te xp̄ianis applicare· Tūc eū manib⁹ p⁹ tergum ligauit· ac ſup terrā poſuit· et ſumēs vnū de ferreis ligamētis quib⁹ ipſa ligata fuerat ipſū cedebat· Illeq3 clamāte· et vt infelicitatis ſue miſereret exorāte. dixit ei· Cōfitere michi cui homini iniuriā feciſti· Qui ait· aliquorꝝ hoīm oclos extinxi. aliorꝝ pedes ɔfregi· alios in ignē poſui· alios ſanguinem vomere feci. alios laqueo vitā finiri· alios vomere manib⁹ ſuis interfici· et oīa mala q̄ ī mūdo ſunt ego ɔfeci· nemo tn̄ me tangere auſus fuit pter te· cui⁹ virginitas ɔtra ſeuos armat· Hec eo dicente· Prefect⁹ iuſſit eijci de carcere iulianam· Que cū duceret. trahebat ſecū demonē qui rogabat eā dicēs· Dn̄a mea iuliana· noli me ampli⁹ omnib⁹ ridiculū facere· Iā em̄ nō poſſū vltra ad patrem meū venire· qz ſupaſti me· Alij dicunt xp̄ianos eſſe miſericordes· tu aūt ferox in me viſa es· Dumq3 talia diceret· illa trahēs eū p forum· piecit in ſtercoris locum· ¶ XXXVI·

De ɔſummatione agonis eiuſdem·

Et dum perueniſſet in ptorium. facies eius gloriā ignis emittebat· Vnde pfect⁹ metuens dixit ei· Quō tāta tormēta p incantationē ſupaſti· At illa. dn̄s inquit ihs chriſt⁹ me ɔfortauit· te aūt erubeſcere fecit· O peſſima hora que te miſerꝝ pcreauit· cui pparatus eſt ignis eternus· Peniteat te miſer & infelix· qz dn̄s miſericors & pius vult oēm hoīē ſaluari· Tunc irat⁹ iuſſit rotā ferreā preparari· et in ea acuta tubera fieri. ac virginem ſup illā imponi· ipſāq3 rotā a· iiij· militibus trahi· vt virgo ſuppoſita diſcerperet· Trahētibus ergo illis machinā· agna xp̄i membris oībus ſcindebat· et medulle de oſſib⁹ ei⁹ exibant· Cūq3 iam pene examinata eſſet· Angelus dn̄i deſcendit. & argumēta cōminuit· et vincula ſoluta ſūt· Tūc illa manib⁹ extenſis in celū cum lacrimis cepit & gemitu glorificare deū· Ipſi quoq3 carnifices clamauerunt dicētes· potens eſt de⁹ iuliane· nec eſt alius deus pter ipſū· Penitet nos pfecte qz vſq3 nunc illuſi ſumus· et diuiſi ſūt quingēti homines vna voce clamātes· Et nos iuliana eū quē tu colimus deum· peat gens paganorꝝ· exultet gens xp̄ianorum. fac pfecte qd vis· infer nobis ſupplicia· inſidias para· incēde ignē. affer rotā· Hoc pfectus renunciauit impatori· qui iuſſit illos oēs captos gladio puniri· Prefect⁹ aūt iuſſit ſanctā iulianā incendi· Que cū oraſſet. angel⁹ dn̄i ſubito veniēs ignem ſeparauit· & flamā extinxit· Deinde iuſſit eā pfectus ī ollā feruentē mitti· que facta eſt velut balneum tpatū· & ex ipſa reſiliuit. ac viros lxxvj de aſtantibus incēdit· Hec cū vidiſſet pfectus· ſcidit veſtimēta ſua cū gemitu· & vitupans deos ſuos· iuſſit eā gladio puniri· Que cū ad locū decollationis duceret· demon q̄ ab ea cruciatus fuerat veniēs clamabat· Nolite ei pcere· ſed quō digna eſt ei reddite· deos ei⁹ vitupat· hoīb⁹ iniurias facit· michi quoq3 in vna nocte multa mala oſtēdit Cunq3 illa paululū oculos apiret vt videret quis eſſet q̄ talia diceret· clamauit demon. heu me miſerum· forſitan vult me iterꝝ retinere· Statim ergo euanuit & fugiēs obmutuit· Cunq3 oraſſet virgo cum patientia tradidit aīam deo· At vo pfectus cum nauigaſſet in ſburbano· veniēs tempeſtas valida nauem eius dimerſit· et cū eo mortui ſūt viri xxxiiij· Cunq3 iactaſſet eos in locū deſertū. ab auibus & feris eorꝝ corpa deuorata ſūt·

¶ XXXVII· ¶ De paſſione ſanctorum epiſcoporꝝ felicis tubizacēſis & petri aulani·
¶ Ex geſtis eorum·

Hoc etiā tpe paſſus eſt ſanct⁹ felix tubizacenſis epiſcop⁹· Qui anulino pcōſuli preſētatus. & nomē ſuum requiſit⁹· Reſpondit tātū xp̄ianum ſe eſſe· libros quoq3 ſacros vel mēbranas quas habebat nolebat tradere· Vn̄ iratus ille miſit eū romā ad prefectū pretorij· qui iuſſit eū in carcerē rcipi· ac maioris vinculis ligari· Poſt dies aūt· xij· iuſſit eū poſt impatores nauigare· Qui nauē ɔſcēdit· cathenarꝝ duris nexib⁹ illigatus· & fuit ī ſubſamo nauis quattuor dieb⁹ & quattuor noctib⁹ iacens ſub pedib⁹ equorꝝ. panem vo nō comedēs. nec bibēs aquā· Ieiunus aūt venit nolā quē cognitor ciuitatis ibidē capite plecti fecit· xvij· kl' februarij· Eodem tpe paſſus eſt petrus qui & balſamus apud aulanā ciuitatē· ſub maximiano· tercio non̄· ianuarij· Interrogat⁹ a preſide ſeuero vtrꝝ haberet parentes· negauit dicens In euāgelio michi preceptū eſt· oīa denegare· cuz ad chriſti venero ɔfeſſionem· Poſtea iuſſus eſt appendi & vngulari· q̄ dum fieret· nichil aliud dicebat· hec vnā petij a domino ꝛc· Et illud· Quid retribuā domino ꝛc· Tādem iuſſ⁹ eſt crucifigi· hui⁹ paſſionem trāſtulit anaſtaſius apoſtolice ſedis bibliothecarius· ¶ XXXVIII·

Paſſio ſanctorum vincentij et oroncij & victoris·
¶ Ex geſtis eorum·

Preterea paſſi ſunt eo tpe vincentius & oroncius fratres· Qui audientes crudel' impij iuſſa per rufinuz hiſpanie data· ad martirij palmam deſideranti animo cucurrerūt· & eiuſdem preſidis iuſſu p fide chriſti decollati ſūt Victor quoq3 leuita qui eos hoſpitio ſuſceperat. & trucidatorꝝ corpa collegerat· ab eodem iuſſus eſt brachia ſcindi· & caput auferri in eodem loco vbi & ipſi fuerāt decollati· Pater aūt eiuſdem victoris hoc videns fugā arripuit· Sed mater ei⁹ aquilina maritum apprehenſū ad ſe cōplexās· & caput eius pallio ſuo cooperiens ait illi· ſta in fide fortiter· & moriamur p chriſto· Quos gladiator aſpiciens. genua curuantes amborꝝ capita abſtulit· Cuiq3 ſanctus poncius epiſcopus iuxta reuelationem domini· plauſtrum preparari feciſſet· vt corpora martiruz ad priſtina ytalie loca referrent

B

ſupē illud poſita ꝑ loca ductori hactenus ignota
ꝑducunť· donec iuxta ciuitatē ebrodunenſem per
uenirent· ibiq; ꝓpe muros ciuitatis placuit requi
eſcere· nā boues ceperunt mugire plauſtra cū cor
poribus nō valētes vlteriꝰ ferre· ¶ ·XXXIX·
De ſancta lucia vidua & ꝯſolatione eius in carce
re. ¶ Ex geſtis eius·

SVb diocleciano quoq; paſſa eſt beata lu
cia in viduitate ſua ꝑmanēs· iam ꝑ ānos
xxxvj· eratq; annoꝝ· lxxv· Orauit igitur
ad dn̄m· ꝓpoſito ꝯtra xp̄ianos edicto impatorum
& ait· Eripe me de inimicis meis deꝰ meus· et ab
inſur· in me libera me· Dixitq; ad filium ſuū eup
piū· Ecce nunc tp̄s patum ad palmā· derelinq̄mꝰ
ſimulacra q̄ ꝑdere nos poſſūt non liberare· et ado
remus dn̄m hieſum chriſtū· qui poteſt & aīam &
corpꝰ ſaluare & dampnare· Cui ille· Mater inquit
deliras· que illum deū eſſe cōfiteris· qui dicit̄ fla
gellatus· & cū latronibꝰ crucifixꝰ· Illa increpauit
eum· qui talia loqueret̄ ꝯtra factorē ſuū· Tūc ille
ad impatores cucurrit· et matrem ſuam accuſauit
Miſſus gebal aſſeſſor vt eā adduceret· qui ſimula
crum iouis corā ea poſuit & ait· Tu es cultrix illi
us crucifixi· Que exiens de domo ſua dixit· funda
menta domꝰ mee ꝓ ſimulacro ī ea ꝯſtituto corru
ant· nec me vltra ſuſcipiāt· ſed digna ſim cōſcribi
in numero ſanctoꝝ· qui ꝓ xp̄o paſſi ſunt· Veniēſ
q; ad palatiū· poſt multas interrogatōes ait· pata
ſu; ad ignē. ad beſtias· ad quaſcūq; volueritis pe
nas· Iuſſa eſt igit̄ trahi ad carcerē· Quo cū ꝑueniſ
ſet· mox ianua carceris ꝯtra eā clauſa eſt· et fūda
menta mota· Illa em̄ in oratōne ꝓſtrata cū oraſſet
mirabilis odor ſuauitatis fragrauit de carcere· &
vox de carcere ſonuit dicens· Gaude in dn̄o ſemꝑ
iterum dico gaude· q2 illud qđ oculꝰ nō vidit. nec
auris audiuit· nec in c· ho· aſc· meruiſti accipe. &
nunc implete ſunt oratōes tue· Tūc illa flexis ge
nibꝰ cepit gratias agere· Deinde pſallere· Cui etiā
ꝑ ſoporem affuit dn̄s cōſolās eā. ¶ ·XL·
De correptione diocleciani ꝓ ea·

POſt quattuor aūt dies fluuiꝰ de funda
mento carceris inundauit· et media ꝑs ci
uitatis interijt· Domꝰ quoq; diocleciani
a fundamento ꝑijt· ita vt nec lapis in loco remane
ret· Qui poſtea veniens· auditis q̄ acciderāt· iratꝰ
ad carcerē abijt· illaq; orāte exclamauit· Malefica
vbi eſt palatiū meū· vbi auꝝ & argentū· vbi dij
mei iupiter· hercules & minerua· O laudabil̄ deo
rum patientia· qui tibi nōdum penam reſtituunt·
At hec illa· laudabiles eſſent ſi te & ſeipſos libare
potuiſſent ne ꝑirent· Tunc iuſſit eā extra ciuita
tem duci· vbi ſedēs ꝓ tribunali· nodoſis fuſtibus
extentā fecit mactari· Et ecce q̄ cedebat eā factus
eſt lapideus· manꝰ aūt eiꝰ carnea ꝑmāſit vſq; nūc
Propter qđ vocatꝰ eſt ille locus ad manū carneā
vſq; hodie· Ipſe quoq; impator pene vſq; ad mor
tem aridus factꝰ clamabat· Deꝰ iouis adiuua me·
mox ille iouis de loco ſuo cecidit· et cōminutꝰ eſt
Lucia vo ſubridēs ait· Sanet te deꝰ tuus iouis·
Cui inquit impator· tu me inquit ſaluū fac· At il
la· Si credideris faciam· At ille. Per ipſum cruci
fixum ſi me ſanaueris credam· Ad hec lucia· Scio
inquit fallaciam tuam· Sed quia crucifixum nomi
naſti. faciā tecum miſericordiā· Statimq; ſanus fa
ctꝰ exclamauit· Gratias tibi ago iouis· cepitq; cur
rere ad templū eius· et ſubito terra mota ſciſſa eſt·
& templū abſorbuit· vt nec lapis in eo remaneret·

Poſt hec impator venit ad carcerē· ollamq; eneaȝ
pice ac plumbo ac reſina iuſſit impleri· et ī circūi
tu eiꝰ lignoꝝ copiam aggregari ac luciam nudam
in eam deponi· & tribꝰ diebus ac noctibꝰ ignē ad
hiberi· At illa nichil oīno ſenſit· Quarto die fini
to igne dixit impator miſtris· Ite & purificate lo
cum in quo arſit illa malefica· ne quid de puluere
eius remaneat. ne forte calcans aliq̄s ſimilis ei fiet·
Quibus exeūtibus· lucia obuiauit & ait· Ite dici
te impatori· Noli vacare. tp̄s ē laborādi· Quibuſ
auditis· impator ꝑcutiebat pectus ſuū pugnis di
cens· Quid faciā· Tunc iuſſit eā ferro & plumbo
oneratā ꝑ oīs plateas ciuitatis circūduci·
¶ ·XLI· ¶ · De ꝯuerſione gemmiani ꝑ eā
& agone amborum·

QVe dum duceret̄· venit ad domū homīs
gemmiani noīe· qui habebat ī domo ſua
pluſq̄ trigintamilia & cc· ſimulacra· &
dū illa ꝯcite pergeȝ. Ecce colūba niuea đ celo de
ſcendit· ac ſuper caput gemmiani tercio ſignum
crucis fecit· Qui in celū reſpiciēs· catharactas ce
li apertas· et ſedē dei ex ordinē vidit· et mox oīa
relinquēs ad locū vbi ſancta torquebat̄ cucurrit.
ceciditq; ad pedes eius & ait· Te cognoui matrē
gratie· quā dn̄s michi demōſtrauit· Nā dum ante
ianuā domus mee trāſires. reſpiciēs in celū vidi
in quē oporteat me credere· & ieiunauerūt ambo
per triduū· Media aūt nocte ſanctꝰ p̄ſbiter ꝓtha
ſius ab angelo monitꝰ· ſurgēs ad carcerem cucur
rit· et ecce clauſtris carceris cōminutis· lux dei il
lum ꝑceſſit· et odor inde ſuauiſſimus exijt· funda
menta quoq; carceris cōmota ſūt· & fons aq̄ inū
dauit· & baptizauit p̄ſbiter gemmianū· quē ſācta
lucia de fonte ſuſcepit· Ceperūtq; vnū eſſe in aīa
& ſp̄u· vnū agonē ꝓ domino tolerantes· Die ter
cio ſedit diocleciānꝰ ꝓ tribunali· et ante eū ambo
ſunt adducti. Interrogata lucia nichil reſpondit·
Sanctus aūt gemmianꝰ ſignās ſe· cepit acerrime
imperatorē increpare· cur in xp̄m & xp̄ianos ſeui
ret· Interrogatꝰ ab imperatore quō deos reliquiſ
ſet· reſpondit· oratōibus huiꝰ matris mee ſp̄ualis
illuminatus ſū· Cuiꝰ hec ſemper erat oratio· vt n̄
ſola de hac vita migraret· ſed aliquē fructū ſui la
boris acquirens· alteriꝰ aīam manu ſua deo offer
ret· Tunc imperator vt leo fremēs· omnibus tor
mentis eos affici iuſſit· Et ſanctꝰ gemmianus ad
luciam ait· Sāctiſſima mater· ne expaueſcas ī hijs
penis· vt ſciant cultores demonū. q2 nichil valet
in ſeruis dei pena illoꝝ· Hec audiēs illa gaudebat
de fide eius. Et cum oraſſēt· angelus dn̄i apparuit
in medio eoꝝ· imponēs eis coronas ex auro & gē
mis· Cumq; dioclecianus eis dimiſſis a roma diſ
ceſſiſſet· et in quodam fluuio nauigaret· cū· M· ccc
xlvj· in flumen cecidit· qui tn̄ ſolus euaſit· Menſe
aūt tercio pirropogon iudex romaȝ veniens· ſedē
in foro fecit ſibi ꝑparari· et per ꝑconē clamari· vt
omnes venirēt deos adorare· Tūc ſancti lucia et
gemmianus cucurrerūt per plateas ciuitatis· uſq;
ad locū qui dicit̄ lateranis· Quo cū perueniſſent
clamabant· Simulacra gentiū argentū ꝛc· Qđ au
diens pirropogon· iuſſit ceruices eoꝝ contundi·
Interea terremotus factus eſt magnꝰ· et tremuit
pars ciuitatis. et camerā fori ſb̄ qua iudex ſedebat
ipſumq; pirropogonē cū· xl· miniſtris oppreſſit.
Ac ſancti dei ſub eadē remanſerūt illeſi ¶ XLII·
De tranſlatione eorundem per angelum. et eorun
dem tranſitu·

POſt anni circulum venerūt angeli appre-
hendēteſqꝫ eos tulerunt ī ſiciliā · in mon-
tem quendā aſpeꝝ acutis lapidibꝰ · et di-
recti ab angulo venerūt iuxta fluuiū ꝑſimichū · in-
uenerūtqꝫ fluuiū plenū & redundanteꝫ ad mare
& nō poterāt transire · Et exclamātibꝰ illis ad do-
minum · aqua q̄ deſcendebat rugiēs ad mare ſtetit.
& ambulātes ſup eā · q̄ſi ſup lapides · venerunt ad
locum q̄ dicit̄ medulas · Qd̄ territoriū ſpiritibꝰ im-
mundis plenū erat clamantibꝰ · finis noſter adue-
nit · diſcedamꝰ a facie ſanctoꝝ · qꝛ huc a deo dire-
cti ſunt · Et orantibꝰ ſanctis · facta eſt vox a deo
de celo dicens · hec eſt ſedes veſtra · Et manſerūt
in eodē loco multa miracula ſup infirmos facien-
tes · Hec audiēs apofraſiꝰ p̄cepit decollari viros
& mulieres quos curauerāt · lxxix · qui illos magni-
ficabant · Sup quoꝝ corpa viſꝰ eſt angelꝰ dn̄i via-
lam fundere plenā aromatū · hoc aūt ſcelere ꝑpe-
trato equꝰ apofraſij arreptꝰ a dyabolo · ꝓiecit eū
ſup lapidē · et corpus eiꝰ non eſt inuentū · vſqꝫ in
hanc diem · Hec fama cū ꝑueniſſet ad patrē paſca-
ſij ꝯſularis · exijt ab vrbe ſiracuſana · et medulas ve-
nit penas pare ſanctis · Cūqꝫ lucia cū geminiano
videns fremitū penaꝝ expaueſceret · et fugiēs nō
haberet vbi ſe abſconderet · Illa ſuſpirāte medius
mons crepuit · & ſanctos dei tribꝰ diebꝰ ac nocti-
bus abſcōdit · Tercia vō die magno eſtu ī ſole fa-
cto · lucia ſitiens orauit · Et de medio crepidinis
fluuius exijt vnde potati ſūt · Cū illa dn̄m oraſſet
vt ſpiritū eius qui in hac vita periclitabat̄ acciperꝫ
emiſit ſpūm · cuius corpus vſqꝫ ad diē tercium ge-
minianus cuſtodiuit · Tercia aūt die · aſcendēs de
crepidine in ipo ore crepidinis ab inimico exēpto
gladio vitā finiuit · Et deorſū vnde aſcēderat cor-
ruit · Trāſiens aūt quedā mulier xp̄iana · q̄ de em-
porio plucitano maximū ſuauitatis odorē ſēſerat.
cepit inq̄rere vnde h̄ odor emanaret · Que cū co-
gnouiſſet in crepidinē deſcēdit · ibiqꝫ corpa ſācto-
rum inuenit · In quoꝝ ſepultura oīa veſtimēta ſua
p̄cioſa expēdit · Et ecce angeli d̄ celo deſcenderūt
trahētes tabulas marmoreas · in quibus ſāctoruꝫ
corpa ſepulta ſunt · De aq̄ vero quā dn̄s ſancte lu-
cie donauit · infirmi potati ſanant̄ · ¶ Actor · Alia
fuit lucia v̄go ſiracuſana · de qua dicet̄ infra · que
paſſa eſt ſub paſcaſio ꝓconſulari · Hec aūt vidua
paſſa eſt ſub eius patre paſchaſio vt dictum eſt ·

¶ · XLIII · ¶ · Paſſio ſanctoruꝫ coſme & damiani · ¶ Ex geſtis eorum ·

EOdē tp̄e paſſi ſūt ī ciuitate egea coſmas
& damianꝰ fratres · quos gemīos peꝑit
mater theodora · Hij a ſpūſancto medici-
nalem artē edocti · tā in hoībus ꝙ in iumētis · oēꝫ
infirmitatē curabāt & nichil accipiebāt · Quedam
matrona palladia cū oīa cuꝫ medicis ꝯſūpſiſſet ab
eis curata eſt · Sciēſqꝫ qꝛ nichil acciꝑent · obtulit
occulte qddam munꝰ ſancto damiano ꝑedibꝰ eiꝰ
ſe ꝓuoluens · eūqꝫ ſacramētis terribilibꝰ conſtrin-
gens · ille accepit munꝰ ne nomē dn̄i videret̄ con-
temnere ꝑ qd̄ fuerat adiuratꝰ · Qꝛ audiens frater
eius · p̄cepit ne cum eo ſepeliret̄ eius corpꝰ · At eū
dominus corripuit in eadē nocte ei appꝑens · & ſā-
ctum damianū excuſans · Liſias aūt p̄ſes cum ab
eis quereret cuiꝰ eſſent fortune · audiuit ab eis · for-
tuna quid ſit neſcimꝰ · xp̄iani eīn ſumus · Cū eīn ce-
derent̄ pſallebant · In via martirij tui delectati ſu-
mus ſicut in oībus diuitijs · Igit̄ anthonius & leon-
cius · et euꝑpius qui fratres eoꝝ erāt · ſimul cū eis
cathenati in mare miſſi ſunt · Sed mox angelus eo-
rum vincula diſrupit · et eos eduxit · Quibus liſi-
as ait · In nomine dei mei adriani ſequar vos · Qd̄
cū dixiſſet · accedentes demones eū in maxillis ꝑcu-
tiebant · & ab eo ſic diſcedebant · Poſt hoc ſancti
miſſi in ignē · in eo q̄ſi in refrigerio roris deambula-
bant · Illiſqꝫ orātibus · egrediēs flama incendit nō
paucos de impijs · ſed & mortui ſūt · et ceſſāte fla-
ma · apta eſt terra · et ſancti martires aſcenderunt
illeſi · Deinde iuſſi ſūt crucifigi · & in crucibꝰ lapi-
dari · Tres aūt fratres eoꝝ in carcerē retrudi · At
vero lapides qui in eos mittebant̄ · dei virtute ſe
ꝯuertentes · lapidabāt lapidātes · Poſtea iuſſi ſūt
quattuor milites ſagittare eos · & ſagitte ſimiliter
in ſagittātes ꝯuerſe interfecerunt eos · et egredie-
bat̄ fumus ſāgninis ab occiſis · Poſt hoc iuſſi ſūt
decollari · Et quidam xp̄iani rapiētes eoꝝ corpa ·
memores ꝙ ſanctus coſmas dixerat · ne ſimꝉ ſepe-
lirent̄ · neſciebāt quid facerent · tunc ſubito curſu
mirabili · camelꝰ aduenit · et humana voce loquēs
dixit · hoīes dei · multa ſigna & mirabilia ꝑ ſāctos
martires ꝑcepiſtis · nō ſolū vos · ſed & nos iumēta
que vobis in miniſteriū ſumus deputata · Idcirco
cum vobis oībus & ego gratias agēs adueni nū-
ciare vobis · vt ſanctoꝝ corpa nō ſepeīt̄ · ſꝫ & in
vno loco recōdant̄ ·

¶ · XLIIII · Miracula eoꝝ poſt mortem ·

DVm aūt quidā ruſticus poſt laborē meſ-
ſis · in campo apto ore dormiret · ſerpens
in ventrem eius ingreſſus eſt · euigilās ni-
chil ſenſit · Sꝫ ſero domi reſidēs cū poſt cenā in le-
cto iaceret · mox a ſerpente grauiter cruciatꝰ · vo-
ce qua poterat ſanctū coſmā & damianū in auxili-
um inuocauit · Sed cū paulatim grauiꝰ torqueret̄ ·
ad eccleſiā ſanctoꝝ cucurrit · et ſic exauditꝰ eſt · ꝙ
ipſo ſubito dormiēte · ſerpēs ſicut intrauerat exiuit
Vir quidā cū vxore ſua cū in templo ſanctoꝝ de- Aliud
uote fuiret · ꝓficiſci longe voluit · et vxori ſue do-
mi reſidere & eum expectare p̄cipiens · eā beatis
martiribus cōmendauit · dās ei ſignū cui deberet
annuere ſi eā aliq̄n vocaret · Poſt hoc dyabolꝰ ſci-
ens ſignum qd̄ ei maritꝰ dederat · ſe in hoīem trāſ-
formauit · et dixit vxori eius · Vir tuꝰ miſit me ab
alia ciuitate · vt venias ad eū · At illa nolēs ire re-
ſpondit · Signa quidē cognoſco · ſed ire nō poſſū
qꝛ ſanctis coſme & damiano cōmendata ſū · Sed
ſi vis vt tecum vadā · iura michi ꝑ ſāctos ꝙ michi
nō noceas · Iurauit dyabolꝰ · et cum veniſſent ad
ſecretum locum · voluit eā dyabolꝰ de iumēto eij-
cere vt eā occideret · At illa ſtatiꝫ ſāctos martires
inuocauit · & eis ꝯfeſtim apparentibꝰ cū multis alijs
inimicꝰ euanuit · Et dixerunt ei ſancti · Nos ſumꝰ
coſmas & damianꝰ quoꝝ ſacramēto credidiſti · id̄ Aliud
feſtinauimꝰ in auxilium tui · Rome in eccleſia mar-
tirum p̄dictorum · cuꝫ q̄dam matricularꝰ in eccle-
ſia diu fuiſſet · et in crure morbum grauiſſimuꝫ in-
cideret · Quadā nocte poſt longos orationum ge-
mitus obdormiuit · Et ecce duo viri ſplendentes
venerunt · quoꝝ alter cultellum & pixidē · alt̄ vō
crus cuiuſdam mauri qui nuꝑ obierat afferentes
ſecta infirmi coxa · coxam mauri loco ipſiꝰ inſerue-
runt · et plagam diligenter vngentes · coxam infir-
mam ad corpꝰ mauri mortui detulerunt · Ille ſta-
tim more ſolito · vt pulſarꝫ ad matutinas euigilās
de tali ſomno turbabat̄ · et ſe ſine dolore ſentiens
coxe ꝙ priꝰ doluerat manꝰ & oclos & candelam
apponēs · ſe n̄ eſſe qui fuerat mirabat̄ · & ſe ſentiēs

ſic ſanatum. dum p̄ gaudio caneret. alij ſurrexerūt
Et audito ꝙ ille in ſomnis viderat· ad cimiterium
ꝓperantes· coxā mauri p̄ſciſā. & coxā ſacriſte loco
illiꝰ in tumulo reꝑierunt·

¶ XLV·

De ſācto blaſio ep̄o ſebaſte· ¶ Ex geſtis eiꝰ·

PAſſus eſt & apō ſebaſten ſanctꝰ blaſiꝰ q̄
et belaſius· qn̄ p̄fectus liſias reſidebat ni,
capoli et agricolani ſebaſte. h̄ cū om̄i mā,
ſuetudine et ſāctitate polleret· xp̄iani elegerūt eū
in ep̄m in ſebaſte ciuitate capadocie· Qui accepto
ep̄atu· ſpeluncā cuiuſdā mōtis intrauit· Ibiq̄ꝫ vi-
in carcerē recludūtur· Qui ſtatim ab āgelo cōfoꝛ
tati ſoluuntꝰ· & poſt dies aliquot· impatoꝛibꝰ pre
ſētātur· vbi cū in fide ꝑſiſterent· ad phanū hercu
lis educuntꝰ· Sed ſacrificare nolentes crudelitꝰ la
niati & in carcerem recluſi quotidie ab āgelo foue
bantꝰ· Iterū educuntꝰ· & ꝓmoto preſidi preſētati·
cum ſupari non poſſent. ab inuicem ſepantꝰ Dixit
ergo feliciano vt ſenectuti ſue cōſuleret· & dijs
inuictiſſimis īmolaret· qꝺ cū ille renueret· plūba
tis grauiſſime ceſus ait· Cū· lxxx· iā annos vite ha
beam· xxx· iā anni ſūt ex quo cognoui veritatem·
& elegi deo viuere· Tunc iuſſit eū preſes ligari·
& clauos manibꝰ & pedibꝰ figi & dixit ei Tādiu
ſic eris· quādiu nobis cōſenſeris· Cumqȝ adhuc le
to vultu ꝑſiſteret· iuſſit eum ibidē toꝛqueri· & ſic
triduo in ſtipite pendēti nichil miniſtrari· Pꝰ tri
duū iuſſit eum flagellis cedi· & ſic depoſitū carce
re recipi· Sequenti die iuſſit ꝑmuȝ adduci & dixit
ei· Ecce frateꝛ tuꝰ cōſentiens impatoꝛū decretis
& ſacrificās· magnus eſt in palatio eoꝝ· vnō et tu
ſi ita feceris ſocius eius eris· Reſpōdit ꝑmꝰ· et ſi
tu filius es dyaboli· neſciens tamen in ꝑte vera di
xiſti. quia frater meꝰ non hominibꝰ vaniſ ſed ipa
toꝛi celeſti cōſenſit· Noui em̄ docente me angelo·
quid de illo feciſti. et vtinā merear ei cōiūgi· Tūc
iratꝰ preſes· iuſſit vt fuſtibus cederetꝰ. et leuati in
eculeo latera facibꝰ vrerētꝰ· Qꝺ dū fieret et ille ſē
per pſalleret· iuſſit eum deponi· et plūbum bulli
ens in os eiꝰ fundi Juſſit etiā vt felicianꝰ adeſſet
vt quaſi territꝰ eius paſſione· ſacrificijs cōſētiret
Extenſus aūt ſāctus ꝑmꝰ plūbum bulliens quaſi
aquā frigidā totum bibit et ait· Ecce frater meꝰ a
me ſepatꝰ non eſt quem tu dicebas ꝙ ydolis con
ſenſiſſet· Iratꝰ preſes iuſſit eos in theatruȝ ſimul
duci· duoſqȝ leones ad eos mitti· Qui ſtatī ad pe
des eoꝝ cum impetu coꝛruētes· eis blādiri ceperꝰ
qꝺ et vrſi poſt eos immiſſi fecerūt· Tūc de popu
lis qui ad hoc ſpectādum pluſꝗ· xij milia cōuene
runt· quingenti viri cū omnibꝰ ſuis crediderunt·
Videns ꝑſes ſāctos martires non poſſe vinci· iuſ
ſit eos extra āphiteatrū decollari· quorū coꝛpa ca
nibꝰ et auibꝰ ꝓiecta· ſed ab eis illeſa nocte a xp̄i
anis rapta ſūt ac ſepulta· hoꝝ paſſio celebratꝰ· v·
idus iunij ¶ LXX· ¶ De ſācto puero vito et ei
us pedagogo modeſto et creſētia nutrice
¶· Ex geſtis eoꝝ·

VIto quoqȝ tempe erat in licia ſub diocleci
ano ꝑſes valerianus· de qua ꝓuincia fuit
ſāctus vitꝰ· habens patrem hilam ſacrile
gum· modeſtū pedagogū· nutricem creſcentiam·
Huic viro adhuc infātulo appuit āgelꝰ dn̄i dicenſ
Datꝰ ſū tibi cuſtos ad cuſtodiendū te vſqȝ ad vl
timū diem vite tue. et oīa que petieris a domīo
impetrabis Hic ergo cū eſſet annoꝝ· xij· et ī xp̄m
credens. quātum poterat omnibꝰ indigentibꝰ mi
niſtrabat· Pater eiꝰ hilas nobilis ſed paganꝰ· ſtu
debat quō eum ad ydola cōuerteret· et nolentem
ſepiꝰ verberabat· Audiens hoc valerianus pꝛefe
ctꝰ. Juſſit patri vt eum adduceret· Qui cū veniſ
ſet et ydolis īmolare renuēt· iuſſit pꝛeſes vt fuſti
bꝰ cedretꝰ· Sȝ bꝛachia eoꝝ qui pueꝝ verberare uo
lebāt ꝓtinꝰ aruerūt· Et ipſe valerianꝰ clamauit
dicens· Ve michi manū ꝑdidi· Reſpōdit vitꝰ· Sa
nent te dij tui ſi poſſunt· Et ait ille. tu ergo facies
Qui ait· In nomīe dn̄i faciā. et ſtatim pꝛecibꝰ eiꝰ
ſanatꝰ eſt· Qui dixit patri eiꝰ· Coꝛripe filiū tuuȝ
ne pereat· Tunc pater eum ducēs ī domū ſuā om
nibꝰ delicijs· et cātu muſicoꝝ· et ſaltatu puellarū
aīm eiꝰ mutare ſtudebat Cum aūt incluſiſſet eum
in thalamo oībꝰ delicijs oꝛnato· venerunt ad eū
ſācti angeli alas habentes quaſi aquilaꝝ mirabili
ter refulgentes Apparuerunt etiā ante eū. xij· lam
pades et cubiculum odoꝛe ſuauiſſimo reſpſuȝ eſt·
Angeli autē cātabant Agyos. agyos. agyos· Odo
re autem quaſi aromatū de cubiculo exeunte· patꝰ
et familia repleti dicebant· dij venerunt in domū.
et aſpiciens ꝑ oſtium· vidit· vij· angelos circa infā
tem ſtātes et ſtatim cecꝰ factꝰ eſt· Cūqȝ ſe oclos
ꝑdidiſſe clamaret· cōmota eſt lucania ciuitas ita vt
valerianus accurreret· a quo interrogatꝰ qualiteꝛ
hoc ei accidiſſet· Reſpondit· Cubiculum filij mei
aſpiciens· deos igneos intꝰ uidi· et vultū eoꝝ fer
re non potui· Igitꝰ ductꝰ ad templū iouis· vouit
ꝙ ſi viſum reciperet· thaurū cum coꝛnibꝰ aureis
offerret. ſed cuȝ nichil ꝓficeret. ꝓſtrauit ſe filio ut
eum ſanaret· Cui reſpondit filius· Scio ꝙ n̄ credis.
ſed ꝓpter aſtātem plebem ſanaberis· Cum vidiſſꝫ
et ioui gratias ageret· querebat quomō eū occi
deret ¶ LXXI ¶ Paſſio predictorum trium ſā
ctoꝝ·

TVnc apparuit angelus modeſto
pedagogo eius iubens vt puerū tolleret

B

& inuentā nauiculā aſcēdenſ ad aliā terrā iret Qđ
cū faceret .venientes ad mare inuenientes āgelum
in ſpecie naucleri· Qui cū ab eis q̄reret naulū San
ctꝰ vitꝰ reſpondit· ille cuiꝰ nos ſumꝰ ſerui mer-
cedem tibi dabit· Applicuerūt igit̄ ad locū qui di
citur alectoriꝰ· & āgelus ſubito diſparuit Requi
euerūt igit̄ iuxta flumen quod ſiler dicit̄· & cibuſ
ei celitus ꝑ aquilā miniſtrabat̄. ibi puer ſāctus mł
ta miracula faciens· diuulgatus eſt· ita vt demo-
nes eos ꝑ̄dicarēt· & cōfluentes ad ſe populos ba
ptizarēt· Interea diocleciani filiꝰ a demone vexa-
tus clamauit· Niſi venerit vitꝰ liciauꝰ non exibo·
quem ſtatī milites diu queſierūt· & inuentū ad im
ꝑatorē romā adduxerūt· cuiꝰ vultus erat ſpecio
ſus & flameus nimis· & oculi eius vt radij ſolis·
Cui dixit imꝑator· Potes ne ſanare filiū meū: Re
ſpondit. non ego. ſed dominꝰ Statimqꝫ imponens
ei etiam manū ſanauit eum· Ait illi diocleciānus
Cōſule tibi puer & ſacrifica dijs ne male moriariſ
Qđ cū vitꝰ renueret· iuſſit eū cum modeſto ī car
cerem recipi· Angelꝰ aūt ad eos deſcendit· & ſub
ito ferri moles que īpoſita erat eis cecidit· et car-
cer īmenſo lumīe coruſcauit· Qđ videns carcera-
rius· hoc imꝑatori nūciauit· Et ſtatim eductꝰ in
clibanū ardentem miſſꝰ eſt· In quo reſoluta erāt·
pix· reſina· & plūbum· & ſubito āgelꝰ omnem fer
uorē extinxit· & puer inde ſanus exiuit· Poſt hec
traditꝰ eſt leoni deuorādus. qui īmiſſꝰ ad eū linge
bat pedes eius. et crediderūt vſqꝫ ad mille homīes
Poſtea iuſſi ſunt vitꝰ & modeſtus et creſcentia q̄
ſemꝑ eos ſecuta erat· in cathaſta extendi. ibiqꝫ oſ-
ſa eoꝝ diſſipata ſūt· & viſcera apparuerūt· factū
eſt ſubito tonitruū magnū et terremotꝰ· et tēpla
ydoloꝝ corruētia· multos occiderūt Imꝑator au
tem fugienſ ſeipm ꝑcutiebat dicēs· Ve michi· qꝛ
ab vno infāte victus ſū· Et ſtatim ab āgelo ſolu-
ti ſubito inuenerūt ſe iuxta fluuiū qui dicit̄ ſiler·
ibiqꝫ pauſātes migrauerūt ad dominū· quoꝝ cor-
pora ꝑ triduū ab aquilis cuſtodita· Illuſtris femi
na· florentia ꝑ mare nauigādo piclitās. īditio ſan
cti viri reꝑperit et honorifice ſepeliuit· Horū paſ
ſio recolit̄· xvij· kł· iunii· ¶ LXXII· ¶ Paſſio ſā
cti albani· ¶ Ex geſtis eius·

TVnc etiā paſſus eſt ſāctꝰ albanus in bri
tānia· x· kł· iulii· iuxta ciuitatem volamiū
qui nunc ab anglicis dicit̄ verlameſceſtir
ſiue neclingaceſtir· Hic quidē adhuc paganꝰ· xp̄ia
num quendā clericū ꝑſecutōnē maximiani impa
toris fugientem hoſpitio recepit· quem cū oratio
nibus et ieiuniis ſemꝑ ſtudere cōſpiceret· exēplis
et exhortatōnibus eius cōuerſꝰ eſt· Ideo audienſ
iudex britānie· ꝙ in albani domo clericus latitarꝫ·
iuſſit vt cito clericꝰ aduenirct· Tūc albanus hoſ
pitis ſui habitum induēs a militibus ad iudicē vi
ctus ꝑductꝰ eſt· Qui cū euꝫ vidiſſet· et quomō
ꝓ hoſpite ſuo ſe obtulerat ꝯgnouiſſet cū ſacrifica
re renueret· iuſſus eſt grauiter uerberai· et deinđ
decollari. Cunqꝫ ad locū duceret̄· venit ad quēdā
fluuiū curſu rapidiſſimo trāſitum ꝓhibentem· uo
lens ergo ꝓꝑerare ad martiriū orauit· et ſtatim di
uiſus fluuiꝰ viam ei ꝑ̄buit· Qđ videns miles q̄ eū
decollare debebat· enſe ꝓiecto penitens veniā po
ſtulabat Sicqꝫ cū eo ad montem qui et ꝓꝑe erat aſ
cendit. vbi ſāctus albanꝰ fontem ꝑhenniter afflu
entem ꝑ̄cibus obtinuit· Protinus quidā miles am
bos decollauit· et oculos amiſit· Nam cum ſancti
albani caput in terrā caderet abſciſū· ſimul et ſui

ꝑcuſſoris oculi ceciderunt· ¶ LXXIII· ¶ Paſ
ſio ſāctoꝝ donaciani et rogaciani et pācracii mar
tirum· ¶ Ex geſtis eorum·

EO quoqꝫ temꝑe florebant in vrbe nāneti
ca duo fratres iuuenes donacianus et ro
gacianꝰ· quoꝝ donacianus adhuc in iuuē
tute poſitus iā migueāt in ſenēꝫ· Mota aūt ꝑſecu
tōne· rogacianuſ qui natu maior erat· cucurrit ad
fratrem ſuum petens vt baptizaret̄ anteq̄ ꝑſecu
tor aꝓꝑinquaret· Quod equidēꝫ ille tunc nō ē cō
ſecutꝰ· ꝓpter abſentiā ſacerdotis Tenti aūt ſimul
in carcerem miſſi ſunt· vbi ſāctus rogacianꝰ ꝯtri
ſtatus eo ꝙ baptizatus nō eſſet· ſufficere ſibi cre
didit ſi oſculum a fratre acciperet· Sāctus autēꝫ
donacianus rogauit ꝓ eo dn̄m· vt eſſet ei ꝓ laua
cro martiriū quod et factū eſt· Nā in eculei catha
ſta ſuſpenſi ac laniati· deīde lācea militari ꝑfoſſi·
nouiſſime capite ceſi ſunt· ix· kł· iunii· Qui tamen
dies in eoꝝ paſſione non determinat̄· Sāctꝰ quo
qꝫ pācracius filius cleonii et quirine xp̄ianorū in
frigia ciuitate· defunctis ꝑentibus· cum oīe pat̄
moniū pauꝑibus erogaret· et xp̄m pie colens· de
os gentium grauiter blaſphemauit· ꝑ̄ſentatꝰ eſt
diocleciano auguſto· cum in etate· xv· annoꝝ eſſet
Cunqꝫ coram eo de vanitate deorūꝫ ſubtiliter diſ
putaret· et imꝑatorem euidenti ratōne cōfundēt
iuſſu eiꝰ decollatꝰ eſt· Ad cuiꝰ ſepulcrum vt dic
gregorius thuronenſiſ· quiſquis falſū iurare uolu
erit· anteq̄ ad cācellū chori eccleſie veniat· aut ſta
tim a demone captꝰ inſanit· aut cadens in pauimē
tum ꝓtinus vitam ꝑdit· Huiꝰ paſſio celebrat̄ q̄r
to idus iunii· ¶ LXXIIII ¶ De ſancto marcel
lino et petro et arthemio· ¶ Ex geſtis eorum·

EA quoqꝫ tēpeſtate paſſi ſūt rome iiij· non̄
iunii· marcellꝰ ꝑ̄ſbiter. et petrus exorciſta·
ſub iudice ſereno Hunc enim petꝝ arthe
miꝰ carcerariꝰ ꝓ fide xp̄i multotiens ceſum ī vi
culis detinebat· Cuiꝰ filia dum a demone vexare
tur· et a patre quotidie plāgeret̄ dixit ei petrꝰ· ꝙ
ſi in xp̄m crederet· ſtatim eius filia ſanitatē recipet
Cui arthemiꝰ· miror cōſiliū tuum· quia deꝰ tuus
te liberare non poteſt cū illi credas· et ꝓ eo tāta
ſuſtineas· et quomodo filiā meam ſi ei credidero
liberabit· Reſpondit petrus· potenſ eſt deꝰ libera
re me· ſed vult vt ꝑ tempalem paſſionē ꝑueniā ad
gloriā ſempiternā· At ille· Si me inquit vis crede
re deo tuo· cathenas et clauſtra ſuꝑ te duplicabo·
et ſi te deꝰ liberauerit credā illi· ſi tamen ꝑ̄ꝰ filiāꝫ
meam ſanam videro Qđ cum feciſſet· ait petrus·
Vade in domum tuā. qꝛ modo videbis me loquen
tem tecum· Qui cum abiiſſet· et cādide vxori ſue
hec diceret· affuit ſanctꝰ petrꝰ indutꝰ veſtimētis
cādidis· et tenens in manibꝰ ſignum crucis Cuiꝰ
ſtatim pedibꝰ ꝓuoluti· virtutēꝫ dei cōfitent̄· & ſa
nata filia eoꝝ· omnes qui erant in domo arthemii
baptizant̄ Cunqꝫ ad domū illā plurimi cōuenirēt
vt apta videntes miracula baptiſmum peterent
Abiit petrꝰ ad marcellinū ꝑ̄ſbiterū· et omnes ab
eo baptizati ſūt· Tunc iuit arthemiꝰ ad alioſ īcar
ceratos ꝑmittens vt exirent liberi quicūqꝫ uellēt
fieri xp̄iani· Qđ dum fieret· & rumor ad ſerenūꝫ
iudicē ꝑuenisset· qui ꝑ· xl· dies infirmꝰ· huic ope
ri vacare non poterat· iuſſit omnes incarceratos
adduci Quos omnes arthemiꝰ cōuocās. et eorum
manus deoſculans dixit eis. vt ſi quis ire vellēꝫ ad
martirium veniret intrepidus· et ſi quis nollet. ab
iret illeſus·

¶ LXXV ¶ De paſſione eorūdē ſanctorum m.

CVm ergo audiſſet iudex ꝙ marcellinus
& petrus illos qui erāt in carcere bapti
zaſſent. & abire ꝑmittentes.ipi ſponte in
carcere remāſiſſent. iuſſu irati iudicis introducti.
ſeꝑatim in carcere retrudūtur Marcellinus quidē
nudus ſuꝑ vitrū fractū ꝓſterniť. & ei lumē & aq̃
negať Petrꝰ vero in alio carcere ī cippo artiſſimo
cōſtringiť. Tūc venit āgelus ad marcellinū.ſoluēſ
qꝫ & inducens duxit ad petꝝ. Ipm quoqꝫ ſoluens
ambos duxit ad arthemij domū. iubens eis vt vij
diebꝰ populū cōfortarent Et. viij̊. die ſe iudici ꝑ
ſentarēt Cū ergo marcellinꝰ & petrꝰ in carcere ñ
eſſent inuenti. iudex arthimeū cū vxore ſua & fi
lia adductos ad ſe. & ſacrificare nolentes. iuſſit
eos terra obrui. Qui cū veniſſent ad locū. ſāctus
marcellinꝰ in illa cripta miſſā celebrauit. ꝓtegen
tibus ſe alijs xpianis. Et poſt hoc ait marcellinus
ad incredulos Ecce vos ledere potuimꝰ. & arthe
miū cum vxore & filia liberare.noſqꝫ ipi liberi ab
ſcedere. ſed neutꝝ fecimꝰ. Quid vos ad hec. Tūc
irati gentiles. arthemiū gladio ꝑcuſſerūt. Matrem
vero cū filia ꝑcipitātes lapidibꝰ obruerūt. Mar
cellinū aūt & petrū ducentes ad ſiluā nigrā. q̃ ho
die in honore ſāctoꝝ ſilua cādida appellať ibi eos
decollauerūt. Quoꝝ aīas veſtibꝰ ſplendidis & gē
mis indutas. his qui eos decollauit nomine doro
theus vidit āgeloꝝ manibꝰ in celū deferri. Vnde
ipe xpianus effectus. tādem in pace quieuit. Paſſi
ſūt aūt rome arthemius & uxor eius cādida. cum
filia paulina. viij̊. idus iunij ¶. LXXVI. ¶. Paſ
ſio ſāctoꝝ ſergij & bachi ¶ Ex geſtis eorum.

EA tempeſtate paſſi ſūt etiam ſub maximia
no ſācti. ſergius & bachꝰ. qui cū eſſent ꝑ
micerij palatij apud eūdem imꝑatorē. de
xpianitate ſūt accuſati. Qd̄ ille non credēs. duxit
eos ſecū ad templū iouis. eiqꝫ ſacrificans. vidit ꝙ
illi extra templū remanentes. pollui noluerūt ido
laticis. vnde comꝑto ꝙ xpm colerent. ꝓrimus di
ſtinguntur. & veſte militari depoſita. cathenis
onuſti. ꝑ totā ciuitatem ducūtur. & ſic ad palati
um reducti xpm pleniſſime confitenť. & cathenis
grauiſſimis alligati. longe ad ducē antiochū deſti
nantur. Cū ergo anteꝗ̄ a duce interrogarenť. bis
ab angelo cōfortati fuiſſent. & ſequenti die cum
ipo de idoloꝝ erroribꝰ diſputarent. Sergiꝰ ī car
cerem mittitur. & bachus extenſꝰ. neruis crudis
vſqꝫ ad fluxū ſāguinis. & diſruptōnem vētris ac
iecoris laniatur. magiſqꝫ tirānum ꝓuocās. & tan
dem ad vocem dei vocātis expirās. deuorādus a
beſtijs ꝓcul extra caſtra iactať. & aduolātes vo
lucres illeſū eum a beſtijs ſeruauerūt. donec fide
les eū in tumulo ſepelirent. Eadem nocte cum ſe
ſergiꝰ a ſocio deſtitutū lugeret. apparuit ei ſāctꝰ
bachꝰ in habitu militie & vultu angelico. monēs
eum vt ne merore deficēt. ſed fortiter ipm ſequēſ
ad ꝑatam ſibi gloriā ꝑueniret. Igitur ſequenti die
antiochus ſergiū multis verbis ſacrificare monu
it. ſed ille non acquieſcens. ſe potius tormētis ex
poſuit. & clauatis ſotularibꝰ calciatus ante currū
eius. ix. miliaribꝰ cucurrit Sequenti vero nocte ī
carcere ab angelo ſanatus & cōfortatus. mane fa
cto. ante ātiochū ſanus ſtetit Nolenſqꝫ cōſentire
idolis. rurſus eiſdē ſotularibꝰ calciatꝰ ad aliud ca
ſtellum ſimiliter. ix. miliaribꝰ ante eū cucurrit. &
ſic adhuc īmobilis. data in eum ſententia. cum ma
gna multitudie hoim & etiā feminaꝝ que de late
bris ſuis exierāt. vt cū eis mortem ſācti ſergij fle
rent. Veniens ad locū. et voce angelica cōfortatꝰ
flexa ceruice decollatꝰ occubuit. Cuius ſāguis ſic
terra dehiſcente abſorptus eſt. vt nullꝰ gētiliū ad
locū ꝓ timore martiris appinquaret In ipo autem
loco a chriſtianis diligenter ſepultus eſt. Poſt lō
gum vero tempꝰ. cū chriſtiani corpꝰ eius furtim
auferre ac trāſferre vellent. nolens beatꝰ ſergius
furtim tolli. qui dudū iuſſus fuerat publice ꝑ vr
bem circūduci. tātam circa locū claritatē oſtēdit.
vt caſtelli cuſtodes. ignem ab hoſtibꝰ accendi pu
tarent. ꝓrūpentes cum armis vt eos īſequēdo im
pedirēt. ꝑmiſſu tamen militū corpꝰ ſāctum ī pul
cro tumulo poſuerūt. donec. xv. epiſcopi cōuenię
tes ad locum. cōdignā ſuꝑ eum baſilicā ꝯſtruxerť
Hoꝝ paſſio celebratur nonas octobris.

¶ LXXVII ¶ De ſancta eufemia virgine.

¶. Ex geſtis eiꝰ.

EAdem quoqꝫ tempeſtate paſſa eſt ſancta
virgo eufemia in ciuitate calcedonia. filia
fiſofronis ſenatoris et theodoē. ſb̄ priſco
ꝓcōſule. cum hac erant in carcere. xlix. martireſ ſā
cti ꝑ. xix. dies ibidem a ſpūſācto nutriti. qui ſimľ
cum ea priſco preſentati. et ab eo interrogati. cuꝫ
fidem chriſti cōſtāter confitentes ſupplicijs ſe of
ferrent. iuſſi ſūt ſinguli tormentis puniri. Cūqꝫ
ꝑ ſingulos dies torquētur. mutuo ſe ad ſuſtēta
tōnem certaminis hortabanť. Item priſco preſēta
ti et ab eo cōmoniti vt deo ſacrificarent marti. cū
quaſi ex vno ore erroreꝫ arguerent. iuſſit eos ala
pis cedi. donec miniſtri cedentes quaſi mortui de
ficerent. Sed cū cederenť. facies eoꝝ magis albeſ
cebant Priſcus autem habito ꝯſilio cum appliano
ſophiſta chriſtianoꝝ accuſatore. iuſſit eos recipi
in carcerem. donec mitterenť ad regem. Et cū du
cerenť in carcerem. priſcꝰ quaſi fera currens ī gre
gem. arripuit beatā eufemiam. eſtimās ꝙ ſicut ip
ſe vas infirmū et inutile erat. infirmū vas inueni
ret. et ait ei. honora te ipſam. et ſubſtātiam tui ge
neris ne amittas. vel noticiam. et ſi corrupta es v̊
bis vt mulier. reūtere et īmola deo marti. At illa
cum ꝑus erectis in celū oculiſ domini hieſu auxili
um poſtulaſſet. reſpondit. Non in natura corpo
ris eſt fortitudo certaminis. ſed in virtute ſpūſſā
cti Igitur corpore quidem. mulier cōſto. ſēſu aūt
virili ¶ LXXVIII ¶ De paſſione eiuſdem.

TVnc ꝓcōſul iratuſ ꝙ a muliere vinceret
iuſſit argumentū ſtare rotaꝝ. et illā me
dio poni. vt extenſa et cōtrita et cito red
deret ſpūm. Ipſa autem tormēto rotaꝝ impoſita.
pectori ſuo chriſti ſignaculū prepoſuit. et tirāno
inſultare cepit Cunqꝫ corpuſ eius ꝑ ſingula mēbra
cōfringereť. ſenſus animi cōualeſcebat. et benedi
cens deum orabat. Tunc cōfeſtim angelꝰ de celo
deſcendens argumenta rotaꝝ ꝯfregit. et miſtros
in paliſim diſſoluit Illa autem bona certatrix ſine
macula. et hilari vultu corā omnibꝰ exiuit. Cui cū
priſcus minaretur incendium niſi ſacrificaret. et il
la terrores eius non timere ſe diceret. eo ꝙ adiuto
rem chriſtum haberet. Priſcꝰ iuſſit fornacem. cu
ius flama ꝑ xlv. cubitos extenderet accendi. et in
tus eam ꝓijci. At illa ſtans hilari vultu. deū bene
dicebat. et vt eam ſicut tres pueros de camino eri
ꝑet exorabat Cunqꝫ miniſtri eam precinctaꝫ tene
rent. iubente priſco vt eam in igneꝫ ꝓijcerēt. vnꝰ
ex his ſoſtenes habens cultelluꝫ ad cingulū. reſpe
xit ad ꝓcōſulem et ait ei. hoc gladio me interfici

iubē. quia impoſſibile eſt michi ſuꝑ iſtam manus
mittere Video enim ante oculos exercitū cādida
torum illam expectātium · Victor autem aliꝰ mi
niſter · zonam eufemie ſoluit et ait · oro te ꝓcōſul
ſolue me ab iſta neceſſitate · qꝫ g̃ue eſt in eam mā
extendere Video em̄ in ore fornacis ſtantes viros
qui ignem diſꝑgunt. et expectātes ſāctā et īmacu
latā ꝯſeruare volūt · Tūc ꝓcōſul hos quidē cuſto
diri. et alios cōſiſtere iuſſit Ceſarius aūt barbarus
quidam illam apprehendit · et in ignē ꝓiecit · Quā
āgeli ſācti cōfeſtim ſuſceperūt ac flamā diſꝑſerūt
Ceſarius aūt cōbuſtꝰ fuit. & virgo ſtās in forna-
ce media quaſi in platea · regē dominū honeſte cō
ſpiciens · expanſiſqꝫ manibus eum benedicēs · tan
dem exiuit · Tunc indignati ꝓcōſul · & apprianus
iuſſerūt afferri ſerras acutas & ſarthagines igni-
tas. ac ꝑ argumēta artis ferrarie mēbra virginis diſ
ſolui ꝑ ꝑtes & in ſarthagine interponi · vt tanꝗ̃
puluis fierent · Qua ſuꝑ ſerras poſita · ſerre cōfra
cte. & ſarthagines extincte ſūt · nichilqꝫ ei nocue
rūt · Pꝰ hec eā in ſtadio poſuerūt. & quattuor leo
nes · duaſqꝫ beſtias cōtra eam dimiſerūt · At illi ī
ſilientes veſtigia eius oſculati ſūt · Sed vt cōple-
retur eius martiriū currens vna ex beſtijs eā mo
mordit · liuorem tamen nullū ei fecit · & vox de ce
lo facta eſt · Eufemia aſcende. & palmā tuā recipe
Poſt hāc vocem ſonus etiā factꝰ ē ita vt cōmoue
ret̄ locus ille & tremuerūt omnes · Ipaqꝫ v̓go fa-
cta oratōne reddidit ſpūm · Cuiꝰ corpꝰ pater eius
& mater ſepelierūt in locū nouū Compleuit enim
martiriū ſuū · xvj kl' octobris ·

C · LXXIX ·

C · Paſſio ſācti firmini ambianenſis ·

C · Ex geſtis eius ·

PReterea ſb̄ diocleciano & maximīo · erat
in vrbe iberienſi que dicit̄ pāpilonia · ſena
tor nobilis in ordine ꝑmus · & nomine &
ope firmꝰ · qui filiū ſuū firminū honeſto p̄ſbitero
tradidit · diuinis literis imbuendum Qui firmin
us annoꝝ · xvij · in ſāctitate & doctrina proficiēs.
ac ꝓ honeſto iā ſene p̄dicās · ab ipo ad honoratum
tholaſanū epm̄ miſſus eſt · vt ab eo ordinatꝰ epūs.
xp̄m vbiqꝫ gentibꝰ p̄dicaret · Quo facto · firminꝰ
epūs rediens ad honeſtū magiſtrū ſuū āno etatis
ſue · xxxj · relictis omnibꝰ · ad gallias ꝓperās ande-
gauis vrbem venit. ibi āno & menſibus tribꝰ mul
tos p̄dicādo cōuertit · & beluacū cōtra valerium
p̄ſidem pugnaturus ꝓ fide ꝑrexit · Vnde multoti
ens flagellatus vſqꝫ ad mortem ſergij ſucceſſoris
valerij in carcerem clauſꝰ fuit · Sed tūc a popu-
lo ſolutus ibi predicauit · et baptizatis omnibꝰ. ec
cleſiiſqꝫ cōſtructis · inde ābianis ꝑrexit et in xl · di
ebꝰ tria milia hominū baptizauit · Audientes hec
longulꝰ et ſebaſtianꝰ preſides. ab vrbe treuerenſi
ad ābāenſem venerūt · et iuſſu eoꝝ cōuenientibus
cūctis firminū corā ſe grauiter accuſatū · dū firmiſ
ſime cōfiteret̄ chriſtū · timens preſes ſeditōnē po
puli precepit in carcere decollari · fauſtianꝰ autem
ſenator qui eū receperat · et quē ipſe cathezizaue
rat · domūqꝫ eius ad baptiſmi gratiā aduocauerat
nocte corpꝰ eiꝰ rapiēs in cimiterio ſuo ſepeliuit ·
Hic fauſtiniāꝰ fuit pater ſācti firmini epiſcopi d̄
quo infra dicetur Sebaſtianus vero preſes poſt
modicū a ciuibꝰ beluacēſibus occiſus eſt · huiꝰ ſan
cti paſſio celebratur · vij · kl' · octobris C · LXXX ·

C Paſſio ſāctoꝝ felicis et adaucti ·

C · Ex geſtis eorum ·

SEd et cū diocleciānus et maximianꝰ xp̄ia
nos occiderēt · duos fratres felices nomīe
et ope · p̄ſbiteros ſibi oblatos ad dractū
prefectum miſerūt · Quoꝝ ſenior cū ex iuſſu pre
fecti ductus eſſet ad templū ſerapis vt ſacrifica-
ret · exuflauit in faciem ſtatue et ſtatī cecidit · Ite-
rūqꝫ ductꝰ ad ſtatuā mercurii ſimiliter ſufflauit ·
et ſimiliter corruit · Tercio quoqꝫ ductꝰ ē ad ſta
tuam diane ſimiliter fecit · Tunc reductꝰ ad pre
fectum in eculeo ponitur · et in quibus maleficiis
hoc feciſſet inquiritur · Qui cū reſpondiſſet · ſe n̄
hoc feciſſe dyaboli maleficiis · ſed om̄ipotentis d̄i
beneficiis · Iratus prefectꝰ iuſſit eū duci ad locū
ſecūdo miliario ab vrbe via oſtenſi · ibiqꝫ ad ſacri
ficādum cuidam arbori ſacrilege que illic excelſa
ſtabat cōpelli · Quod cū fieret. ſāctus felix genua
ſua figens orauit · et poſt ab oratōne ſurgens atqꝫ
in arborem ingētiſſimā exufflans · eā a radice ſubū
tit et templū eius · vel ſimulacrū et arā ea corruen
te penitus cōtriuit · Quo etiā audito prefectꝰ iuſ
ſit eū ibi decollari · lupis ac canibꝰ dereliqꝫ Tūc
quidā chriſtianus occultus repente ꝓrūpēs ī me
dium · palā ſe ꝓfeſſꝰ ē eē chriſtianū · Statimqꝫ ſil'
ad arboris predicte locū venientes · et ſe inuicem
oſculantes decollati ſūt · Illius ergo nomē chriſti
ani ignorātes. adauctū eum appellauerūt · eo ꝙ ſā
cto felice auctus ſit ad coronā martirii · quos cū
ſepeliſſent chriſtiani in foueam quā fecerat arbor
euerſa · pagani volētes eos effodere a dyabolo ſūt
arrepti. et quicūqꝫ in eos manꝰ mittere temptaue
runt · Paſſi ſunt autem tercio · kl' ſeptembris ·

C LXXXI C · De ſācto adriano et eiꝰ vxore na
talia · C Ex geſtis eorum ·

CVm autem maximianꝰ imparor in nicho
media ciuitate grecie idolis īmolaret · iuſ
ſu eiꝰ ex diuerſis locis ad ſupplicia chriſti
ani trahebātur Nam et vicini vicinos · et ꝓpinqui
domeſticos ꝑtrahebāt Alii timore pene · alii amo
re ꝓmiſſe pecunie · inter quos xxiij · in ſpeleo lati
tātes · et a ꝑquirētibꝰ cōprehenſi ſunt · ferro vin-
cti ad ceſarem ꝑtrahunt̄ · ſeqꝫ chriſtianos eſſe libe
re ꝓfitentes · extendunt̄ et cedunt̄ · et minas eiꝰ am
plius irridentes · ora duris lapidibus cōtundunt̄ ·
et annotata vniuſcuiuſqꝫ reſponſione · ferro victi
ꝑ totum corpꝰ in carcerem detrudunt̄ · Tūc adri
anus p̄or officii militaris ex eoꝝ cōſtātia compun
ctꝰ · dixit eis · Adiuro vos ꝑ deum veſtrū ꝓ quo
tanta patimini · vt dicatis michi que ſit remunera
tō veſtra quā expectatis ꝑ iſta tormenta At illi ī
quiunt. oculꝰ non vidit. nec auris ⁊c̄ · Hoc audiens
adrianꝰ · ſtatī exiliens ī medio eoꝝ dixit Annotate
me cum iſtis · quia et ego chriſtianꝰ ſum Qd̄ cum
miniſtri celeriter imꝑatori nūciaſſent · iratꝰ nimis
adductum reſipiſcere monuit · et nolentem ei acq̄
eſcere · ferro vinctum cum ꝯdempnatis eū ī carce
rem trudi iuſſit · Natalia vero vxor eius · cum hoc
ꝑ nuncium didiciſſet · ſciſſa veſte plorans et eiulās
interrogauit pueꝝ · cur dominꝰ ſuꝰ ī carcere clau
ſus eſſet · At ille · vidit inquit quoſdā chriſtianos
nolentes ſacrificare torqueri. et cum illis annota
ri ſe faciens · dixit ſe cum eis velle mori · Tunc illa
que actenus ꝓpter ꝑſecutōnem celauerat ꝙ eſſꝫ
chriſtiana. gaudens mutata veſte cucurrit ad ca
cerem · et vincula viri ſui deoſculans · cepit eum ī
omnibus cōfortare · rogans eum ī hoc quod cepe
rat ꝑmanere · nichil de terrena gloria reſpicere. ſꝫ
ſemper ad celeſtia et ad eterna ſuſpirare · nulla

tranſitoriā tormēta timere · ſed infinita maiora in-
ferni ſupplicia q̄ꝛ euaſerat exultare · Poſt hoc vin-
cula ſanctoꝝ et pedes deoſculās · q̄tum potuit vt
viꝝ ſuū ꝯfortarēt rogauit. Et ſic oībus valefaciēs
iuxta ꝯditū viri ſui diem paſſionis eorū vocanda
ad domū ſuā ꝑrexit. ❡ · LXXXII ·

Qualiter de carcere exiens vocauit eam ad ſuam
paſſionem ·

POſt modicū igit̄ audiēs adrianꝰ ſue paſ-
ſionis adeſſe diē · licentiā a ſanctis accipi-
ens ꝑgere & vocare nataliā ſicut ei cum
iuramēto ꝓmiſerat · Dās qꝫ munꝰ cuſtodibꝰ egreſ-
ſus eſt · Cumqꝫ ad domū ꝑueniſſet · audiēs natalia
q̄ adrianꝰ abſolutꝰ veniret · eſtimās eū fugiſſe de
carcere · amariſſime flere cepit · et ſurgēs ꝯtra eum
hoſtiū clauſit · et ait · Nō michi ꝯtingat colloq̄ oꝛi
eiꝰ qui deū ſuū negauit · O miſer q̄s te ſeꝑauit a
ſanctis · quis te ſeduxit · ut recederes a ꝯuentu pa-
cis · Cur fugiſti ante pugnā · Heu me nō eſt michi
ꝯceſſū vniꝰ hore ſpaciū ut vocarer vxor martiris.
ſed vxor tranſgreſſoris · nūc exultauerā modicum.
& michi ſemꝑ erit obꝓbrium · Hec & h̄mōi audiēs
adrianꝰ vehemēter gaudebat · mirauſqꝫ verba femi-
ne iuuenis & ante · xiiii · menſes nupte ex hoc ardē-
tior factꝰ ad martiriū libētiſſime ambiebat · Cūqꝫ
videret eā grauiſſime tribulari dixit ei · Api michi
domina · nō em̄ ut putas martiriū effugi · ſed veni
vocare te ſicut ꝓmiſerā tibi · ut p̄ſens ſis etiam no-
ſtre paſſioni · At illa nō credēs · Vide inq̄t quomō
ſeducit me trāſgreſſor · quomō mentit̄ alter iudas.
Cui adrianus · api inquit citiꝰ · q̄ꝛ vadā & me vltra
nō videbis · et poſtea lugebis · eo q̄ me ante exitū
meū nō videris. Nā fideiuſſores dedi ſāctos mar-
tires · et ſi miniſtri me inq̄rentes nō inueniūt · torm̄-
ta ſua ſimul & mea ſuſtinere habebūt · qui pene iā
ex penis illatis mortui ſūt · Tunc illa ſtatim aꝑuit
& ſibi inuicē ꝓſtrati cū lacrimis ſimul abierūt ad
carcerē · Diſcurrēs āt natalia ꝑ ſingulos martires
p̄cioſis lintheaminibꝰ eoꝝ vulnera putrefacta de-
tergebat · et membra lintheis colligebat · ❡ ·
LXXXIII · ❡ De paſſione eiuſdē ſācti adriani ·

STatuta aūt die iuſſit eos imꝑator edu-
ci · qui penitus reſoluti q̄ꝛ ambulare non
poterāt portabant̄ · Adrianus vero vin-
ctis manibus retro ſequebat̄ · Cūqꝫ caueret imꝑa-
tor · ne putrefacti penitꝰ ante p̄parata tormenta
ſubito morerent̄ · Adrianꝰ eculeum ſibi portans ei
p̄ſentat̄ · & in ꝯfeſſione ꝑmanens a quattuor militi-
bus duris lignis grauiſſime verberat̄ · Iterūqꝫ ab
eiſdē vſqꝫ ad effuſionē viſceꝝ laniat̄ · et ſic ī ligno
extenſus in carcere cū alijs recludit̄ · Erat aūt iuue-
nis delicatꝰ annoꝝ · xxviij · Beata v̄o natalia q̄ ſin-
gulas eiꝰ reſpōſiones ad martires referebat · ipſū
ferro vinctū & ſuppinū iacentē q̄tū poterat con-
fortabat · Sancti quoqꝫ in pauimento iacentes ad
eum manibꝰ irrepebāt · et oſculū ei cū ſanctis mo-
nitis offerebāt · Audiēs aūt imꝑator q̄ multe ma-
trone eis ſedule miniſtrarēt · iratꝰ ne vlteriꝰ ad eoſ
introirent imꝑauit · Tūc ſe ſācta natalia tonſora-
uit · et ſic eis ī habitu virili miniſtrās · ad hoc alias
exemplo ſuo roborauit · Hoc aūt viꝝ ſuū petijt · cū
eſſet in gloria · primā p̄cem ꝓ ſe faceret · quatenus
eā dn̄s intactā cuſtodiēs ab hoc ſeculo citiꝰ euoca-
ret · Rurſꝰ audiēs imꝑator q̄ ſic matrone feciſſēt ·
iuſſit incudē afferri vt ꝯfractis ſuꝑ eā cruribꝰ ſan-
cti martires interirēt · Vidēs aūt natalia miniſtros
venire · timēs ne vir ſuꝰ ex alioꝝ ſupplicijs terreret̄

rogauit illos vt ab illo inciperēt · p̄uſq̄ alij puniren-
tur · et ſic abſciſis pedibꝰ · & cruribꝰ ꝯfractis · nata-
lia rogauit eū vt manū ſibi abſcindi ꝑmitteret · qua-
tinus alijs ſanctis q̄ plura paſſi fuerāt cōpar eēt.
Quo facto · cū adrianꝰ reddidiſſet ſp̄m · ceteri ſan-
cti vltro pedes ad carnifices extendētes · ſimili mā-
tirio migrauerūt ad dn̄m · Quoꝝ corꝑa cū miſtri
iuſſu imꝑatoris in fornacē cōburēda portaſſent · et
in ignē ꝓijcerent · factꝰ eſt ſubito terremotꝰ · tan-
taqꝫ aeris tempeſtas vt multi miniſtroꝝ relinquē-
tes ea fugerēt · & multi expirarent · Fideles autem
cū mulieribꝰ ibi ſtantes ab extincto pluuijs igne
corꝑa ſanctoꝝ illeſa rapuerūt · et in naui cuiuſdā
xp̄iani qui volebat ire ꝯſtantinopolī (que tūc bi-
zantiū dicebat̄) poſuerūt · vt illic interī ꝑmanerēt
donec pacē eccleſie reddita ea iteꝝ cū honore r̄fer-
rent · Hoꝝ paſſio celebrat̄ ſexto idus ſeptēbris · ❡
LXXXIIII · ❡ De vita & trāſitu ſc̄e natalie ·

NAtalia v̄o domi remāſit · et habēs manū
ſancti adriani q̄ſi ſolatium vite ſue · ad ca-
put lectuli ſui nullo ſciēte repoſuit · Nō
multo poſt tribunꝰ quidā rogauit imꝑatorem · vt
nataliā ſibi daret in ꝯiugem · Erat em̄ pulcherrima
& nobiliſſima · ac diuitijs cumulata · At illa matro-
na de hoc ſibi loquentibus · gaudere ſe dixit · et q̄ſi
ad ſe p̄parandū inducias triduanas impetrauit · re
aūt vera ad fugiendū · Et interim ī lectulo ſuo ne
pollueret̄ rogans · ex merore & triſticia obdormi-
uit · Et ecce vnꝰ ſanctoꝝ martirū ei aſtās dulciter
eā ꝯfortauit · querētiqꝫ de viro ſuo dixit · q̄ primus
oīm ante xp̄m apparuit · Sꝫ ſurge inquit & aſcende
in naviculā et nauigās veni vbi ſunt corꝑa noſtra ·
Ibi em̄ viſitabit te deus et ꝑducet ad nos · Euigi-
lans itaqꝫ ſolā manū ſācti adriani ſecū ferēs · nauē
cū multis xp̄ianis fugientibꝰ aſcendit · et nauigan-
tem tribunus cū multis militibꝰ inſecutus · multis
eoꝝ ſubmerſis · repulſus vento ꝯtrario · vix euaſit ·
Media v̄o nocte dyabolꝰ in ſpecie naucleri ī naui
fantaſtica clamās · nauigantes cū ſācta natalia vn-
de eſſent inq̄ſiuit · et quo tenderēt · Quibꝰ reſpon-
dentibꝰ · de nichodemia bizantiū nauigamus · Erra-
tis inquit · ad ſiniſtrā ꝑgite ut rectiꝰ nauigetis · Cū-
qꝫ iā vela mutarent · apparuit ei ſanctus adrianus
quaſi in nauicula ſedens · et monuit eos nauigare
ſicut p̄us ceperāt ne ꝑirent · Natalia aūt valde ga-
uiſa eſt cū ſanctū adrianū antecedere cognouiſſet.
Cū ergo ꝯſtantinopolim ante diē appuliſſēt · et ad
domū in qua erāt ſanctoꝝ corꝑa introiſſent · Nata-
lie poſt orationē p̄ labore itineris dormiēti · ſāctꝰ
adrianus apparuit · eāqꝫ ſalutans in eternā requiē
ad ſe venire p̄cepit · Que cū euigilās aſtantibus in-
dicaſſet · et valefaciēs eis · ſpiritū emiſiſſꝫ · accipiētes
corpꝰ eiꝰ fideles · iuxta ſanctoꝝ corꝑa ſepelierunt ·
multiqꝫ renunciātes omibus ibi deo in perpetuum
ſeruierunt · ❡ · LXXXV ·

Paſſio ſanctorum ſimplicij fauſtini et beatricis
❡ Ex geſtis eorum ·

EO tp̄e ſimplicius et fauſtinus fratres ro-
me multa ꝓ xp̄o ſupplicia ꝑtulerūt · tan-
demqꝫ capitalē ſententiā ſubire iuſſi ſūt.
et corꝑa eoꝝ ligato in colla ſaxo · in tiberī ꝓiecta
ſūt · que · ſ · eoꝝ corꝑa ſoror eoꝝ germana virgo no-
biliſſima beatrix noīe et oꝑe · cum quibuſdā p̄ſbite-
ris et aliis xp̄ianis inuenta leuauit et ibidē ſepeli-
uit · ſ · in loco q̄ vocat̄ ſextū philippi uia portuēſi
tercio · kl' auguſti · Huiꝰ beatricis p̄diū qd̄ fuerat
ei cōmune cū fratribus · cū uicinus poſſeſſor noīe

B

lucreciꝰ ambiret·teneri eā fecit ut ydolis īmolaret.
ꝙ ꝯſtanter reſiſtentē.iuſſit poni in carcerē·quouſ
qꝫ cogitaret de illa·Noctu vͦ fecit eā a ſeruis ſuffo
cari·Quā ſācta lucina ſepeliuit·cū ſāctis fratribꝰ
in ſexto philippi·quarto·kl'·auguſti ·Poſt hec lu
creciꝰ ambicioſus poſſeſſor ꝑdiuꝫ ſanctorū intra=
uit·et quaſi ſanctis martiribꝰ inſultās·amicis ſuiſ
ꝯuiuiū fecit· Dū aūt epularent̄·quedā illic mulier
erat·que filiū ſuū lactabat·qui·ſ·infantulꝰ pānis
inuolutꝰ·vocē emiſit in ꝯuiuio·corā oīibꝰ dicens
Audi lucreci·occidiſti & inuaſiſti·ecce datꝰ es in
poſſeſſionē inimici·Statimqꝫ lucreciꝰ timēs ac tre
mens a demone arripit̄·et ꝑ tres horas ita vexatꝰ
eſt vt in ipo ꝯuiuio moreret̄·Vnde timētes oīes
qui aderant·ad xpīanos ꝯfugiebāt·et xpīani facti.
oībus narrabāt ſācte beatricis paſſionē in ꝯuiuio
vindicatā· ¶·LXXXVI·

De bona indole ſancte criſtine virginis·

Paſſa eſt etiā eodē tpe in ciuitate tiro xpī=
na virgo·Que dū eſſet infantula nōdū
annoꝝ.xij·vnica patri ſuo nobili nomie
vrbano magiſtro militū·pater eā in turrim quam
fecit excelſā cū·xij·puellis induxit·deoſqꝫ aureos
& argenteos illic ſtatuit·ut eos adorarēt·Et quia
magni decoris erat·nunꝙ ut ab hoibus ꝯſpicerer̄
inde deſcenderet· Que in dilectōe etiā dei poſita.
cū thus ad offerendū in altare ydoloꝝ accipet.ī fe
neſtra ad orientē illō ponebat·Stāſqꝫ ad feneſtrā
in celū intuēs ſtellas aſpiciebat·orāſqꝫ deū in cor
de ſuo ingemiſcebat & flebat·Quā cū ancille ꝓci
dentes ad pedes eiꝰ obnixe rogarent vt dijs ſacri
ficaret·et nō deū alienū coleret·ne pater eius hoc
audiens·ipās cū genere ſuo quaſi ſeductrices filie
diſperderet·Illa vͦ ꝯſtanter reſiſtens·eas potius
a dyabolo & ydolis eiꝰ ſeductas dicerꝫ·Intrauit
vrbanus ut videret filiā ſuā·et deos ſuos adorarꝫ
Qui cū ab ancillis audiſſet ꝙ filia ꝑ·vij·dies dijs
nichil obtuliſſet·filiā blande corripuit·et illa deo
celi ſacrificiū offerre ſe dixit·At ille verb eiꝰ deci
piebat̄·putās ꝙ de ſacrificio deoꝝ loqueret̄·et ac
currens eā oſculari voluit·ſꝫ illa exclamauit et ait
Nō polluas os meū.qꝛ mundā oblatōeꝫ offerre vo
lo regi celeſti.Cūqꝫ pater eiꝰ adhuc in verbis eius
erraret putās ꝙ de idolis diceret·illa in cubiculo
ſe recludēs·celeſti deo ſacrificiū offerebat·et cum
fletu orabat·Qua orāte·angelꝰ ante faciē eiꝰ ſtetit
eāqꝫ ꝯfortauit.Illa aūt ꝯuerſa in dextris panē can
didū & dulcē inuenit·quē ab angelo bñdici petijt
dicens· Ecce eñ·xij·dies ſūt ex quo panē non gu
ſtaui·Tūc angelꝰ accipiens panē benedixit & fre
git eiqꝫ dedit·et illa guſtauit·facto aūt veſꝑe ac=
cipiens ydola patris ſui ꝯfregit·et paupibꝰ dedit

¶ LXXXVII· De agōe eiꝰ ſb patre ſuo vrbano·

Die aūt facto.veniēs vrbanꝰ & querens
quid de dijs eſſet factū. Cū audiſſet ab
ancillis ꝙ xpīna eos ꝯfractos in plateaꝫ
ꝓiecit.Iratꝰ eā palmis in faciē cedebat·et interro
gabat vbi deos abſcondiſſet·Que cū ſe nō adora
re diceret niſi celeſtē deū·& filiū eiꝰ ihm xpm·et
ſpūm ſanctū·iratꝰ ꝑcepit eā alligari·et in plateis
cedi·et iteꝝ boiā in collo eiꝰ mitti·manuſqꝫ eiꝰ &
pedes ligari·et eā ī carcerē duci·Audiēs aūt vxor
eiꝰ de filia ſua ꝙ tanta ꝑpeſſa eſſet.ſcidit veſtimēta
ſua.ac impoſito cinere capiti abijt ad carcereꝫ.ceci
ditqꝫ ad pedes eiꝰ cū fletu dicēs· Filia mea vnica
miſerere mei que māmillas meas ſuxiſti·Quid fēm
eſt tibi vt alienū deum colas·Criſtina reſpondit.

Quomō me filiā tuā vocas.cū ex genere tuo nllaꝫ
que xpīana vocet̄ habeas·Neſcis qꝛ nomen habeo
chriſti ſaluatoris mei·ipſe eſt q̄ me ad celeſtē mili=
tiam ꝓbauit·qui me ad vincendos eos q̄ nō noue
runt eū armauit·Mater hoc audiens domū redijt
et hec oīa viro ſuo nunciauit·Qui iratꝰ ſedit pro
tribunali·et iuſſit infantulā ſibi preſentari·Nolen
temqꝫ adorare deos iuſſit expoliari·et mēbra eius
tenera cruciari·donec·xij·deficerēt q̄ eā cruciabāt
Que cū adhuc in tormento ꝑſiſteret·& patri ſuo
iniquo inſultaret·ille non ſufferens iniurias·iuſſit
rotā afferri·et in ea virginē infantulā alligari.ac ſb
rota incendij flamā ſterni.oleumqꝫ deſuꝑ infundi
Cunqꝫ rota giraret̄·corpꝰ infantis ꝯquaſſabat̄·ſed
illa orante ſubito ignis exiuit·et hoīes·M·D·inter
fecit·Ipſa aūt q̄ſi ſuꝑ lectū ſtratū repauſabat ſuꝑ
rotā.et erāt angeli ꝯfortātes eā·Vrbanuſqꝫ eā de
poni iuſſit·et venientē ante tribunal interrogauit
dicens. Dic michi chriſtina·quis te docuit iſta ma
leficia·At illa·Nōne dixi tibi carnifex inmūde·qꝛ
chriſtꝰ me docuit hāc patientiam·Ipſe me docuit
oīeꝫ iuſticiā·et dei viui timorē·ꝓpterea te ꝯfūdo.
& ſeuiſſima tormenta tua deſpicio·oīeſqꝫ vͦtutes
tuas vinco cū patre tuo dyabolo·Ille victꝰ & cō
fuſus iuſſit eā ad carcerē duci.vbi cū illa ſederꝫ co
gitans mira miſteria dei·venerūt in ꝯſpectu eius
tres angeli afferentes illi prandiū.et mittētes ma
nus ſanauerūt corpꝰ eiꝰ totū·Illa aūt gratias age
bat deo·Vrbanꝰ vͦ cū cogitaſſet q̄liter eam exter
minaret·noctu miſſis·v·pueris·iuſſit in collo eiuſ
lapidem alligari·et ſic eā in mari ꝑcipitari·Quo fa
cto.ſuſceperūt eā angeli·Itaqꝫ cū angelis ſuꝑ aq̄s
deambulabat·et eleuās ad celū oculos·dñm ihesū
chriſtū orabat.vt baptiſmi eiꝰ ſignaculū ī eis aq̄s
recipet·Venitqꝫ vox de celo dicens ꝙ eiꝰ oratōeꝫ
dñs exaudiſſet.Venit quoqꝫ ſuꝑ caput eiꝰ nubes
lucida·et vidit gloriā chriſti ſuꝑ ſe venientē·et ſu
per caput ſuū coronā ac ſtolam purpureā·angeli
quoqꝫ cū ſuauitate odoramentoꝝ ante ipſā erant
& himnos pſallebāt. Illa aūt cū cōpleſſet oratōeꝫ
reuerſa eſt ad carcerē glorificās deū·Pater vͦ eiꝰ
vrbanꝰ ea nocte ꝑcuſſus cū multis cruciatibus in
tormētis aīaꝫ reddidit· ¶·LXXXVIII

¶ De agone eiuſdem ſub iudice dione·

Poſt hoc aliꝰ iudex nomine dion aduenit
cui geſta beate chriſtine officiū obtulit·
& cum eam ante tribunal adduci ꝑcepiſſet·videns
vultū eiꝰ decorū.vocauit eam iuxta ſe & blandie
batur ei·vt hoīeꝫ crucifixū relinquens·miſericor
des deos coleret·Sed cū nec blandicijs.nec minis
poſſet flecti·iratꝰ ille ꝓpter iniurias quas ei inge
rebat·iuſſit eam virgis cedi·Deinde iuſſit cunam
eream fieri·et ſubtꝰ valde incendi.picemqꝫ reſinaꝫ
& oleū mitti·Miſerūtqꝫ eam milites intꝰ·et quat
tuor ex eis cunam agitabant·ac ſanctam virgineꝫ
verſabant·Qua viriliter ꝑſiſtente·ac tiranno īſul
tante·penaſqꝫ eternas vbi cruciabat̄ vrbanꝰ cōmi
nante·iudex ira repletꝰ·iuſſit caput eiꝰ radi·eāqꝫ
nudā torqueri.ac ꝑ publicū depompari·ita ꝙ mu
lieres oīs videntes clamarent·iudex iniuſte erga
infantem agis·et mulieꝝ genꝰ ꝯfundis·iudex aūt
dixit chriſtina cras veniamus ad templū·& adora
deū magnū celeſtem ac verū·qꝛ multū te ſuſtinuit
Que reſpondit·benedixiſti impie·& a deo celeſti
aliene·vt offeram oblatōem dñatori celi & terre
qui me cuſtodiet ab oīi tua opatōe.Cūqꝫ de ver
bis eiꝰ gauderet iudex putās ꝙ ad appolinē orāno

acce̅deret·illa oꝛatione facta clamauit & ait Tibi
dico ydolū ſine anima·in nomīe dn̄i ihu xp̄i exi de
templo & ħ ſta· Qꝫ cū feciſſet·intuens hoc iudex
territ⁹ in faciem ſuā cecidit·et iteꝝ cū tremoꝛe ſur
gens ad virginē clamauit dicens· In oībus ꝑualu
erunt maleficia tua.qꝫ ꝑ xp̄i tui inuocatōnē͛ moui
ſti deū oīpotentē appollinem· Sed qꝫ multū tibi
miſeret͛·et habet ſuꝑ te pietatem·obaudiuit te·et
exiuit vt videret creaturā ſuā· Illa in verbo ei⁹ cō
triſtata·cū eū dure redarguiſſet.eo ꝙ virtutē ex
celſi dei nō cognouiſſet·oꝛauit deū·vt ſtati͛ ydo
lum illud caderet & arena fieret· Qꝫ & factū eſt.
& crediderūt in illa die triamilia viroꝝ·iudex aūt
ꝯterritus ait· Si audierit rex ꝓdigia q̄ facta ſūt in
appollinē ꝑ maleficia chꝛiſtine·male me habet ꝑde
re·et ſtatim ī ſemetipſo anguſtiat⁹ moꝛtuus eſt·
Cui⁹ aſſeſſoꝛ iuſſit xp̄inam ī carcerē mitti.

LXXXIX· ¶ De extremo ei⁹ agone ſħ iuliano·

Poſt hoc & ali⁹ iudex noīe iulianus adue
nit·qui geſtis eius auditis·ſtatim eā ſibi
ꝑ̄ſentari fecit· Que cū ad ſacrificandum
nō poſſet induci·iuſſit ꝑ tres dies foꝛnacē incendi
& eā intus vſq͛ ad dies·v·mitti· At illa cū angel'
deū in foꝛnace laudabat·et magna vox inde exibat
Cūq͛ milites iuliano retuliſſent·ſe magnos terro
res de foꝛnace exeuntes audiuiſſe·iuſſit eā apiri.&
inuenerūt chꝛiſtinā tanq̄ de lauacro ꝓcedentē·de
umq͛ laudantē· Deinde iuſſit iulian⁹ ſerpentariū
adduci.& duos ſerpētes.ac duas aſpides ſuꝑ eam
dimitti· Quo facto.duo ſerpētes accurrētes colli
gauerunt ſe ad pedes ei⁹.& lingebāt plantas eius
Due quoq͛ aſpides accurrentes ſuſpenderūt ſe ſu
per mamillas ei⁹ q̄ſi lactātes infantes· Iteꝝ due vi
pere dimiſſe colligauerunt ſe in collo ei⁹·et linge
bant ſudoꝛem ei⁹· Que in celū reſpiciens dicebat
Gratias ago tibi dn̄e ihu xp̄e q̄ dignat⁹ es me ſer
pentib⁹ iſtis notā facere·et ſudoꝛē laboꝛis mei ex
tergere· Iulian⁹ ad ſerpentarium dixit· Nūquid &
tu magicat⁹ es a chꝛiſtina·beſtias territans vt nō
tangāt eam· Serpētario vͦ illas territāte·impetū
in eū fecerūt.et ipſū occiderūt·et cū null⁹ aude
ret accedere & ſerpētes tollere·facta xp̄ina oꝛatō
nem faciens·iuſſit eos ī noīe dn̄i in loca ſua abire.
nemīnemq͛ ledere.et ſtatim abierūt· Illa iteꝝ oꝛa
tione facta·ſerpētariū a moꝛte ſuſcitauit· Qui ſur
gens ad pedes ei⁹ cecidit·et deo ei⁹ gratias egit·
iulian⁹ ait·chꝛiſtina iā nunc ſufficiat tibi·oīes ar
tes tuas magicas oſtendiſti· At illa.inſenſate niq̄
nō viderūt oculi tui virtutes q̄s de⁹ celeſtis fecit
Qui iratus mamillas ei⁹ abſcindi iuſſit·et ꝓ ſāgui
ne lac exiuit· Deinde linguā ei⁹ abſcindi precepit·
Qꝫ illa audiens deo gratias egit·et vt citi⁹ vitam
finiret oꝛauit·et vox de celo inſonuit·chꝛiſtīa im
maculata apti ſūt tibi celi.& regnū celoꝝ repoſitū
eſt tibi.oīs choꝛ⁹ ſanctoꝝ benedicit deū ꝓpter te.
qꝫ in infantia tāta ſuſtinuiſti ꝓpter me· Et vox ite
rum facta eſt· Veni xp̄ina coronā eternā accipe·et
brauiū ꝯfeſſionis tue· Hanc vocē de celo factā au
diens iulianus·iuſſit citi⁹ abſcindi linguā ei⁹·que
ipſi⁹ lingue ſue ꝑ̄ciſſurā accipiens·in faciē iuliani
ꝓijciens·et oculū eius ꝑcutiens excecauit·et mag̃
vox de oꝛe ei⁹ exiuit dicēs.iuliane impudice ꝯdem
nate in tenebꝛis·oꝛganum coꝛꝑis mei manducare
deſideraſti.& linguā meā que celeſtem deū benedi
cebat abſcidiſti·ideoq͛ iuſte & lumē tuū ꝑdidiſti
Hanc iniuriā iulianus non ferens·iuſſit iaci duas
ſagittas vnā ꝯtra coꝛ ei⁹·et alteram ꝯtra lat⁹·ſicq͛
martiriū ſuum cōpleuit·ix·kł'·augu· Venit autem
quidam de genere eius qui etiā ꝑ eam ī xp̄m credi
derat·et martiriū ei⁹ in templo appollinis celebra
uit·eāq͛ ibi collocauit·

¶·XC·

De ſāctis cucufato & felice· ¶· Ex geſtis eoꝛum·

Ea quoq͛ tempeſtate paſſus eſt ſanctus
cucufatus·qui ſcillitana ciuitate nobiliſ
ſimis ac ditiſſimis natalib⁹ oꝛiund⁹·vna
cū ſancto felice ipſi⁹ ciuitatis eque illuſtriſſimo·
ceſareā maritimā literaꝝ liberalium ſtudio migra
uit·quod cū vacātes ſcolis·ꝑuulgata fama compiſ
ſent ꝑſecutionem xp̄ianoꝝ ī oꝛientis ꝑtibus effer
buiſſe·mox cū mercīū ꝑ̄cioſaꝝ varietate·nō pauco
etiā nauium numero·ſe ꝯtulerūt occidētali plage
ſub negociatoꝝ ſpecie ac noīe·ſicq͛ barcinonā ap
plicātes Repperūt etiā in occiduis ꝑtib⁹ impieta
tem pꝛincipū vſq̄ graſſari·vnde tp̄s imminere in
telligentes·quo ī lacrimis breui tp̄e ſeminarēt·q̄te
nus in gaudio ꝑpetuo meterēt· Cepunt opib⁹ pie
tatis & elemoſinis quib⁹ ſedulo fuerūt aſſuefacti
largi⁹ inſiſtere·necnō verbum ſalutis pꝛiuatim &
ꝑ domos ad ſe ꝯfluētibus p̄dicare·donec vniuerſa
q̄ attulerāt officijs miſericoꝛdie potuiſſēt impēde
re· Et ſic demum publice chꝛiſtum ꝯfitētes & p̄di
cantes·ſeipſos (vt exitus rei demōſtrauit) ſupꝑim
pendere. quo circa vnanimi ꝯditōne beat⁹ felix ad
gerundenſē ciuitatem trāſmeauit.vbi diuinis mu
nijs ſe exercēs·glorioſū martiriū ꝯſummauit San
ctus aūt cucufat⁹ in barcinona vrbe populoſa re
manēs·vna cū ꝯſtantiſſima & aptiſſima fide & p̄
dicatōne·etiā miraculis reſplēdere cepit.& in oī
gratia curatōnum excreuit· Demones ſolo verbo
expellebat·et virtutē domini ꝯfitētes·etiā a credē
tium finib⁹ ꝑturbabat·

¶·XCI·

¶· De agone ſancti cucufati·

Hoc audiēs ꝓconſul galeri⁹ directis mi
litibus eum ſibi offerri iuſſit· Cui tribu
nali ſuo aſſiſtēti dixit· Cui⁹ numinis in
ſaniſſime rebellio patrocinīū excolis·qui pꝛincipuꝫ
iuſſa ꝯtemnis·et deoꝝ maximoꝝ cultum refugis·
Ad quē ſanctus ꝯſtanter·quib⁹ me inquit inſipiē
tiſſime cultum impias exhibere·qui nō dei arbitrio.
ſꝫ arte fraudis dyabolice & ſtultiſſimoꝝ hominuꝫ
tibiq͛ ſimiliū ſtoliditate adinuēti ſūt atq͛ cōpacti
Hac reſpōſione galerius nimio furoꝛe ſuccēſus·et
ſeipſum ab ira nō capiēs·toꝛtoꝛib⁹ eū tradidit di
cens· Tādiu toꝛq̄te eū·q̄diu extoꝛq̄atis ab eo ſpi
ritum· Cūq͛·xij·milites eum viciſſim ꝓlixi⁹ & ex
q̄ſita crudelitate grauiſſime toꝛq̄rent.intm̄ vt eiuſ
interanea duriſſima flagelloꝛuꝫ toꝛſione diſrupto
coꝛꝑe paterēt·clamauit dicēs· Domine ihu chꝛiſte
oſtēde v͛tutem tuam ſuꝑ incredulis.vt videntes
aut credāt & ꝯuertant͛·aut pereant et deſtruātur.
Impijſſimum aūt galerium q̄ ſic rapide īſanuit in
ſeruum tuum·ſi non eſt pꝛedeſtinatus ad vitam·gla
dio tuo citi⁹ interime· Hac ei⁹ oꝛatōne cōpleta·vi
dentes milites q̄ eum toꝛq̄bant·inteſtīa eius ī ter
ram ꝑ̄fuſa·cecati ſūt· Galeri⁹ quoq͛ cū omnibus
ydolis ſuis eſt repēte ꝯſumptus· Sanctus vͦ mar
tir viſcerib⁹ ī aluū receptis a deo citi⁹ eſt diuina
oꝑatōne ſanat⁹·quo gratias agente·oīes quoq͛
populi laudauerūt deū dicētes· Tu es ver⁹ deus
quē ſanctus cucufat⁹ colit· Vt aūt hec ad pꝛeſidis
maximiani noticiā ꝑlata ſunt·iuſſu ei⁹ viri crude
les cathenaꝝ eū pondere fatigatū·ad ipſū ꝯſiliuꝫ
ꝑduxerunt.qui interrogatus ab eo quē deū cole
ret· Reſpōdit·quare ſħ dubietate ď deo interrogas

quaſi aut plures dij eſſēt. aut ipſe q̄ deus eſt diuiſus ſit. Ego em̄ aliū deū neſcio preter deū veruꝫ q̄ fecit celū & terrā. quē corde credo. et omi ſtudio predico. At ille. ſi verꝰ eſt deus tuus quē tu dicis nunc eripiat te de manibꝰ meis. et d̄ prepatis tibi tormētis. Ad hec ſanctꝰ. Te o nephandiſſime & patrē tuum dyabolū cum oībus exq̄ſitis tormētis que michi erogaueris irrideo. et ꝑ virtutē dei mei deſpicio. Vere em̄ ſumme demētie es. & extreme miſerie q̄ dereliq̄ſti deum. et adoras thecas demonioꝝ. Tūc preſes inſaniēs. in craticula iuſſit eū aſſari. et cōbuſtum ſinapi & aceto ꝑfundi. Miles aūt chriſti pſallebat dicēs. Exaudi dn̄e iuſticiā meā ⁊c̄. Cūqꝫ explicuiſſꝫ pſalmū penitus ſanatus ē. Miniſtri vō penaꝝ ab eodē igne ꝯſumpti ſūt. Poſt hoc aūt iuſſit p̄ſes ignē copioſū extra ciuitatem fieri. & ſanctū in eo ꝯcremari. qui illic ꝓiectus orauit. & ignis ita extinctus eſt. vt nec tepor incendij remaneret. et ipſe penitus illeſus appuit. ¶ XCII.

¶ De ꝯſūmatione paſſionis eiuſdem.

TUnc p̄ſes iuſſit eū ferro vinctum in cuſtodiam reduci. clauſoqꝫ hoſtio carceris tantꝰ ſplendor ibidē refulſit. vt eodē lumine viſo cuſtodes carceris in dn̄m ih̄m xp̄m crediderunt. Mane aūt p̄ſidi martir p̄ſentat̄. eiuſqꝫ iuſſu cordis ferreis & taureis cedit̄. et dū cederet̄ inſpiciens ī celū cū grādi fletu orauit et gratias egit. & vox de celo inſonuit. Qōcunqꝫ petieris dabit̄ tibi ſcd̄m fidem tuā. Qua audita. orauit ſanctꝰ ut dn̄s ei virtutē oīa ſupandi daret. et vt tirannꝰ maximianus ſi dei iudicio ꝯuerti nō poſſet. celerꝰ cū oībus ydolis ſuis interiret. Maximianꝰ deniqꝫ aras ornari iuſſerat vt ydolis ſacrificia cū ſacerdotibꝰ offerret. et aſcēſo curru illoqꝫ tendēs. in medio fori nutu dei in terrā cecidit. & miſerabiliter crepās interijt. ydola quoqꝫ quibꝰ ad īmolandū ire volebat. corruentia in puluerē ſūt redacta. Tūc omīs populꝰ adorās clamare cepit & dicere. Magnꝰ eſt deus xp̄ianoꝝ. & potentiſſimꝰ liberator eoꝝ. Rufinus aūt q̄ in ciuitate p̄eſſe videbat̄. ait ſācto martiri. Vt qd o nequiſſime tantā multitudinē deos maximos blaſphemare facis. et neſcio cuiꝰ nomen qui dicit̄ xp̄s ꝯfiteri. Qui cum ratōeꝫ reddidiſſet. iuſſu rufini caput eiꝰ amputatū eſt. Cuiꝰ corpus xp̄iani rapuerūt. & ꝯditum aromatibꝰ honorifice ſepelierūt. viij. kl̄. augu. ¶ XCIII.

De ſācto theodoro martire. ¶ Ex geſtis eius.

peſſi fuiſſent· Tūc exclamauit p̄ſes·heu heu vinci
mur·Quid aliud faciā·vnū ſupeſt· Tūc in amphi
teatro tribunal aſcēdēs·iubet eos ſibi exhiberi·&
oīm feraꝝ multitudinē dimitti·que dimiſſe ſingule
veniebant·et ſanctoꝝ pedes lingebāt·qđ videns
p̄ſes cōuocans magiſtratꝰ ciuitatis iuſſit om̄s cu
ſtodias pſcrutari·et ꝑſonas morte dignas ī amphi
theatrū mitti.et ſanctos dei intermixtos cū ꝑſo
nis ſacrilegis decollari,qđ cū factū fuiſſet ſtatim
terremotꝰ factꝰ eſt magnꝰ.vt tercia ps ciuitatis
funditus ſubūterēt.fulgura & tonitrua & grādo
intolerabil' maximā ꝑtem ꝑpli increduli ꝯſūpſerūt.
& oīa loca idoloꝝ corruerūt· Ipe ei p̄ſes ſemiuiuꝰ
euaſit·nec multo poſt vermibꝰ ebulliēs expirauit
Nocte aūt venerunt chriſtiani populi & ſacerdo
tes ꝑ multitudine cadaueꝝ reliquias nō cognoſcē
tes·poſitiſqꝫ genibꝰ.cōpleta oratōe apparuerunt
eis in ſpecie virginū aīe ſanctoꝝ·et vnaqueqꝫ ſu
per thecā ſuā corporeā reſidēs·et ſic ſanctoꝝ reli
quie collecte ſūt· Paſſi ſūt aūt·vnj·idꝰ ianuaꝝ·

¶·CXIX· ¶·De iuſtina virgine qualiter
ꝑ ciprianū tēptata eſt a demone· ¶ Ex geſtis eius

ERat etiā tūc quedā virgo in antiochia ci
uitate iuſtina noīe·quā quidā ſcolaſticꝰ
noīe agladiꝰ videns frequēter ire ad ec
cleſiā·in amorē eiꝰ venit·multoſqꝫ ad eccleſiā trāſ
mittens eā ſibi vxorē petijt· Que cū oibus diceret
chriſto celeſti ſponſo ſe eſſe deſponſatā·ille cōgre
gata virorum multitudīe·volebat eam per vim ra
pere·ſed nō potuit· Tūc iratꝰ abijt ad ciprianum
magū & ꝓmiſit ei duo talenta auri & argenti·vt
iuſtinā virginē ꝑ maleficia capet· Qui ꝑ magicas
artes vocauit demonē & ait illi·amo virginē de
galileis·potes eā ſuadere & adducere michi· Qui
ꝓmiſit ei dicens·accipe hoc medicamentū & ſpge
circa domū eiꝰ·et ego ſupueniēs paternū ſenſum
ei inijciā·et ſtatim obaudiet michi· Cūqꝫ ciprianꝰ
ita feciſſet,ſancta virgo tercia noctis hora ſurgēſ
ad oratōeꝫ·ſenſit impetum demonis·ſignauit ſe et
domū ſuā ſigno crucis.et demonē exufflauit· Qui
veniēs ad ciprianū ꝯfuſus.et cur virginē nō addu
xiſſet requiſitꝰ·ait·Vidi qđdam ſignū et tabui· Ite
rum ꝑ artē magicā aliū demonē fortiorē vocauit·
qui et ſimili modo fecit.et ſil'r ei accidit·tandē vo
cauit ipm dyabolū patrē demonū·et ait illi· Que
eſt infirmitas veſtra· Victa eſt ab una v̄gine·ois
v̄tus et gloria tua· Rn̄dit ille·nūc adducā eā tibi
ad deſideriū corruptōis·tu tm̄ patus ſis·tūc dya
bolus in ſpecie v̄ginis ad iuſtinā intrauit·et ſedēs
ſup lectū eiꝰ dicens·hodie miſſa ſū a xp̄o ad te·vi
uere tecū in caſtitate· Multū aūt te uideo uexataꝫ
abſtinencia· Sācta uirgo dixit·merces autē multa.
labor uero modicꝰ·Dixit ei dyabolꝰ· Deꝰ in padi
ſo benedixit adam et euā dicens·Creſcite et multi
plicamī ꝛc̄· Puto ergo ꝙ ſi in uirginitate ꝑmanſeri
mus·iudiciū incidimꝰ·q2 uerbū dei contemnimus.
tunc uirgo turbata ſurrexit·et ꝑ ſpūm ſenſit quis
eſſet q̄ ei loq̄batur·et ſigno crucis ſe ſignans·dya
bolum exufflauit·q̄ ſicut cera a facie ignis liq̄factꝰ
nō comparuit· ¶·CXX·

B

¶ De ꝯuerſione ciꝑani ꝑ demonis verba.

DEinde ciꝑano ꝯfuſus apparuit. q̄ dixit ei. Et tu victꝰ es vt ceteri ſbiecti tui: Quo modo victi eſtis ab vna virgine xp̄iana: Dic michi q̄ ſit virtꝰ victorie eiꝰ: Qui reſpōdit Dicere tibi nō poſſū. vidi q̄ddam terribile ſignū & tabui. Si aūt virtutes illiꝰ ſigni vis diſcere. iura michi ꝑ virtutes meas te nunq̄ȝ a me diſcedere Qui cū iuraſſet. ait ille. Vidi ſignū crucifixi & tabui. et ſicut cera a facie ignis fluxi. Cui dixit ciprianus. Ergo crucifixꝰ maior te eſt: Qui reſpondit. etiā maior eſt oībus. qꝛ ꝑ ip̄m mūdo miſertus eſt deꝰ. et ſiue angeli trāſgreſſores. ſiue hoīes dei deſtores adducunt ab angelis ante faciē xp̄i crucifixi. ibi ſic accipiūt ſententiā ignis inextinguibilis in eternū cruciandi. Ciꝑanus ait. ego debeo feſtinare amicꝰ fieri crucifixi. ne talē penam incurrā. Ille reſpondit. iuraſti michi ꝑ virtutē quā nemo peierare poteſt. Ciꝑanus ait. cōtemno te & oms̄ fumigantes virtutes tuas. Sed & meipſū denego: meq̄ȝ cōſignans dico. gloria tibi chriſte. demon recede a me Abijt ergo dyabolꝰ ꝯfuſus. ciprianꝰ aūt vadens ad antimū ep̄m. cecidit ad pedes eiꝰ dicēs. famule dei excelſi. ſigna me & cathezizа me in noīe chriſti Putās ep̄s ne forte eccleſiā veniſſet mittere in errorem reſpōdit. Sufficiāt tibi ciꝑane hi q̄ deforis ſūt. nichil potes aduerſus dei eccleſiā. qꝛ inuicta eſt virtꝰ chriſti. Sȝ cū ciꝑanus enarraſſet qualiter virtus crucis chriſti. & oratio iuſtine virginis ab ea demones fugaſſet. Sanctꝰ ep̄s benedixit eū. & ait. fili feſtina ire ad eccleſiā dei. et inceſſanter redde oratōes deo. Ciꝑanus vadēs in domū ſuā omnia ydola fregit. et ꝓiecit. et ꝑ totā noctē peccata ſua luxit. Deinde ꝓrexit ad ep̄m q̄ cathezizauit & baptizauit euȝ. poſt aliq̄d tp̄s factꝰ eſt dyaconus. & gratia data eſt ei aduerſus demones. et ſanabat oms̄ infirmitates Deinde etiā ad p̄ſbiteratū ꝓmotus eſt. Tandē beatꝰ antimus ep̄s exitū ſuum p̄cognoſcens ꝯuocauit ſinodū ep̄oꝝ. et ordinauit ciꝑanum ep̄m. ciprianus aūt ſanctā iuſtinā dyaconiſſam fecit. et matrē monaſterij virginū ꝯſtituit.

¶ CXXI. ¶. De paſſione vtriuſqȝ ſcilicet cipriani & iuſtine.

POſt hoc eutholomiꝰ comes oriētis audiuit qꝛ ciꝑanus ep̄s cū iuſtina virgīe gloriam deoꝝ deſtruit. et omnē orientē ſeducit. Qui iratꝰ iuſſit eos ſb̄ vinculis in damaſcuȝ deduci. et cū oblati fuiſſent ei. interrogauit. Tu nees ciꝑanus q̄ multos errare feciſti ꝑ magicas artes crucifixi: Qui reſpōdit. Qui deꝰ eſt ipſe ſaluauit me. occaſione virginis ſāc̄te iuſtine. Nā demones ipſa fugauit ꝑ ſignū crucis quos ad eā miſi. Miſerrimus quoq̄ȝ dyabolꝰ coactus ab angelis narrauit michi ſacramentū crucifixi. comes aūt iuſſit eū ſuſpenſū vngulari. et virginē neruis crudis in manibus cedi. & alapas a ſpiculatoribꝰ pati. Que cum cederetur gratias agebat. ciꝑanus eū redargueretur tacebat. Poſt paucos dies iteꝝ iuſſit eos adduci et ait. vt q̄d ſeducimini in magicis hoīs ih̄u mortui vt & vos moriamini: ciꝑanus ait. Diligētes dominū mors hec inducit ī vitā eternā. ꝑ multas eñ tribulationes oportet nos in. r. d. Tūc iuſſit comes ſarthaginē ferreā magnā fieri. et ī ea picē & adipem & cetera mitti. eāq̄ȝ vehementer ſuccēdi. et in eam vtrūq̄ȝ mitti. Quibꝰ factꝰ eſt ignis velut ros. & laudabāt dn̄m de ſartagine. Audiēs aūt comes et vidēs qꝛ nō tetigit eos ignis. ait. Vicit virtꝰ maleficioꝝ ciꝑani Athanaſiꝰ aūt q̄ fuerat ſacerdos idoloꝝ. poſtulauit comitē dicēs. iubeat claritas tua me ſuꝑ ſarthaginē ſtare. & in noīe deoꝝ virtutem eoꝝ vincere. Quo ānuente. cū veniſſet ꝓpe ſartaginē cepit dicere. Magnꝰ deꝰ hercules. & pat̄ deorum iouis. & aſclepiꝰ q̄ dat ſanitatē hominibus. Hoc eo dicēte. exiliuit ignis et comedit eū vſq̄ȝq̄ eiꝰ oſſa nō comperent. Tūc comes habuit ꝯſilium cū trientino cognato ſuo. qui dixit ei. Nichil tibi aduerſus hos ſāctos cōmune ſit. nichil ꝯtradicē veritati. inuicta eñ eſt virtꝰ chriſti. audi me & ꝓijce magnū ꝑiculū a te. Trāſmittite eos ad regem. id eſt claudiū ceſarē. referēs oīa q̄ de iſtis geſta ſūt Q̄d & factū ē. claudiꝰ āt miſit eos ī nichodemiaȝ iubēs eos ibidē decollari Q̄d & factū eſt. ſȝ et theoguitꝰ qui de ꝑegrinatōe venit uidēs ſanctū ciprianum q̄ decollandꝰ erat oſculatꝰ eſt eū. et ob hoc cū eis ꝯſūmatus eſt. corꝑa aūt eoꝝ iuſſa ꝓijci canibus. fuerūt ibi ꝑ. vi. dies nec tetigerūt eos canes. Naute aūt fideles tulerūt ea nocte et leuātes ea in nauē ſuā nauigauerūt romā.

¶. CXXII.
De q̄ꝫ miſero ſtatu ꝯuerſus ſit ciꝑanus.

HIc eſt ciꝑanus ī quo dei miſericordia ſic elucet. vt q̄ꝫ cū ſpurciſſimꝰ et nephādiſſimus eſſet peccator. q̄lis nullꝰ vnq̄ȝ fuiſſe legiē. ſic tandē ꝯuerſus eſt. vt etiā pro chriſto martiriū ſuſtineret. Nā cū. vij. eſſet annoꝝ a parentibꝰ dyabolo ꝯſecratꝰ. a carnibꝰ. et vino. et coitu nō diu abſtinuit. et ſic modis oībus dyabolo ſeruiens. et ī libris magicis imagīes cū officijs. ccc. lxv demonū pictas habēs. mulieres p̄gnantes diuiſit. matronas ī iumēta ꝯuertēs. longe a ciuitatibꝰ ſuis ire fecit. multos pueros virgines et matronas et peregrinos demonibus ī molauit. latro cū latronibus theſauros demonū rapiebat. Et in omi ſceno luxurie ſe voluptās. Oms̄ chriſtianos ꝯuicijs. detractionibꝰ. et diuſis iniurijs infeſtabat. Deniq̄ȝ cum oīa mala faceret vt dyabolo placereȝ. et ipſos quoq̄ȝ demones impietatibꝰ ſuparet. p̄cibꝰ et ꝓmiſſis iuſtinā virginē ꝑ dies. lxx. temptauit. ſed cum demones nichil ꝓficerent. ſp̄us fornicatōis ī formaȝ virgīs ſe mutauit. et vt famā iuſtine pollueret. et ciꝑanum deludens ſuā potentiā iactaret. ſic ergo dyabolꝰ ad ciꝑanum veniēs cū vellet eū oſculari. et ciꝑanus putās eū eſſe iuſtinā diceret. Beneuenīſti iuſtina. oīm feminaꝝ decora. nō ferens demon etiā nomē eiꝰ. ſicut fumꝰ euanuit. Vnde et ciꝑanꝰ ampliꝰ anxiatꝰ. diu ad oſtiū virginus vigilauit. et q̄nq̄ȝ ī feminā. q̄nq̄ȝ ī auē ſe mutās. cū veniſſȝ ad oſtiū. neq̄ȝ femina. neq̄ȝ auis apparuit. ſed ciꝑanus acladiꝰ quoq̄ȝ mutatꝰ in paſſerē. cū volaſſet ad feneſtrā. mox vt eū virgo vidit nō paſſer. ſed acladius tremens ſtetit anguſtiatꝰ nimis. qꝛ nec fugere poterat. nec ſalire. ſed miſerta eiꝰ iuſtina ne cadereȝ et crepareт. eū ꝑ ſcalam deponi fecit. et vt a tanta inſania ceſſaret ne quaſi maleficꝰ iuxta leges ꝑiret admonuit. Ex tūc magis ciprianꝰ demonū vanitatē et chriſti virtutē compꝑit. et ad xp̄m ꝑfectiſſime ſe ꝯuertit.

¶. CXXIII. ¶
Paſſio ſancte eulalie virginis. ¶. Ex geſtis eius.

EA quoq̄ȝ tempeſtate paſſa eſt apud emeritam ciuitatē hiſpanie virgo eulalia. ſb̄ daciano p̄ſide. hec nobilis et locuples genere. cum eēt. xij. annoꝝ ſpernēs ludos et oblectamenta ſeculi. mota ꝑſecutione. voluit ſponte p̄ſidem redarguere. ſed parentes eiꝰ abſconderūt eam domi. quā habebāt in rure ꝓcul ab vrbe. At

illa nocte fores aperiens clanculo exijt. ac ꝑ inuia
ſentibꝰ ac vepribꝰ plena carpe iter cepit angeli-
co choro comitata. ſicqꝫ ꝓ vepribꝰ & ſpinis ꝑ q̄s
cucurrerat pedes lacerata ad vrbē ꝑuenit. mane
qꝫ tribunal adijt. et in medio vociferari cepit. q̄s
furor eſt raſilibꝰ ſcopulis corda ſternere. et deum
patrē oīm negare. iſis. appollo. venꝰ nichil eſt. Ma
ximianꝰ & ipſe nichil. dn̄s opū. & cliens lapidum.
pectora cur generoſa q̄tit. dux bonꝰ. arbiter egre
gius q̄ ſanguine paſcitᷣ innocuo. Talibꝰ p̄tor in fu
rias excitatꝰ iuſſit lictorē eā p̄cipitē rape. ac ſup
plicijs obruere. quā tamē ad deoꝝ cultū reuocare
cupiens aiebat. Reſpice torua puella q̄ta gaudia
amittas q̄ tibi fecit genialis honor. que morieris
in flore tenero. proxima dotibus & thalamo. Ad
hec illa nichil reſpondēs. ſed infremēs & in oclos
tirāni ſputa iaciēs. ſimulacra diſſipauit. impoſitaꝫ
qꝫ molā thuribꝰ pede ſubegit. Nec mora. carnificeſ
pectꝰ virgineū dilacerāt. vngula latꝰ vtrūqꝫ pul-
ſant. et vſqꝫ ad oſſa ſecāt. Tūc exclamauit eulalia
Scriberis ecce michi dn̄e quā iuuat hos apices le
gere quā tua xp̄e trophea vocāt. Tūc apposite ſūt
ad eiꝰ latera lampades ardētes. Cumqꝫ illa ſine fle
tu & gemitu leta caneret. & intrepida lampidibuſ
in latera ſtomachūqꝫ ſeuiebāt. ac crinis odorꝰ de
vertice eiꝰ fluxerat humeris volitatis q̄ pudibun
da virginis celabat. ipſoqꝫ tegmine verticis oppo
ſito flama crepās ī faciē virginis volabat. & ꝑ co
mas vegetata caput occupās etiā apicē ſupabat.
Virgo aūt citū cupiēs obitū ore rogū ebibit. tūc
emicās colūba niue candidior. ex ore eiꝰ viſa eſt ex
ire & celū petere. Sic abeūte aīa. rogꝰ emoritᷣ. et
pax artubꝰ exanimis datᷣ. Vidēs aūt & ip̄e lictor
columbā palā ex ore virginis in celū meare. ſtupe
factꝰ ꝯſilijt. et ſua geſta pauidꝰ fugit. ¶ Actor
Huiꝰ virginis feſtū in martirilogio videtᷣ eſſe his
annotatū. ſ. pridie idꝰ februarij. et. iiii. idꝰ decem
bris. niſi forte due fuerint eiuſdē noīs in eadem ꝓ
uintia paſſe. et in eadē ꝑſecutione. ¶ CXXIIII.

Paſſio ſāctoꝝ vincētij & valerij. ¶ Ex geſtis eoꝝ

PAſſus eſt etiā eo tp̄e ſub daciano. & in
hiſpania beatꝰ vincentiꝰ. xi. kl̄. februarij.
qui genere nobiliſſimꝰ a puericia literis
traditꝰ. gemina ſcīētia efficaciſſime claruit ſb̄ bea
to valeri[illegible]o. & ceſarauguſte ciuitatis antiſtite. A
quo etiā ſāctitate inſignis diaconij arcē ſuſcepit.
Et q̄m ipſe ep̄s impeditōris lingue erat. tradito ei
doctrine miſterio. ipſe oratōi ꝯtemplatōiqꝫ diuīe
ſedulꝰ inſiſtebat. Cui igitᷣ dacianꝰ p̄ſes apd̄ ceſar
auguſtā ep̄os & ceteros ſacri ordīs rapi p̄ciperet.
ꝓtinꝰ valeriꝰ & vincentiꝰ archidiaconꝰ in ꝯfeſſio
ne deitatis alacriter incurrerēt. quos dacianꝰ pri
mo valentiā ſub carceralē cuſtodiā. & famis miſe
riam. cathenarūqꝫ ſtridorē ꝓtrahi iuſſit. vt eos iti
neris vexatōe frangeret. quos pena ſupare n̄ poſſꝫ
Cūqꝫ eos manibꝰ et ceruicibꝰ immēſa ferri ponde
ra ſuſtinentes. et ꝑ oīs artus iā mortis tūc ſuppli
cia patientes defeciſſe iā crederet. timēs ne ſeuicie
ſue damna paterenᷣ. iuſſit eos ꝓduci e carcere. vo
lens eos ante tormēta vitā finire. Quibꝰ ꝓpone
bat. ꝙ nec mortuis ꝑceret. ſi deoꝝ ſuoꝝ culturam
nō ſuſcipent. Cūqꝫ reticeret ep̄s. erat em̄ mire ſim
plicitatis & innocentie. eruditꝰ quidā ſcientia. ſed
impeditꝰ lingua. Ait vincentiꝰ. Si iubes pater re
ſponſis iudicē aggrediar. Et ille. dudū inq̄t fili ca
riſſime diuini verbi curā tibi cōmiſerā. ſed et nunc
ꝓ fide qua ſtamꝰ reſpōſa cōmitto. Tūc vincentiꝰ
cuiꝰ mens tota iā erat corone ꝯſcia. ꝯuerſus ad da
cianum ait. Apud xp̄ianoꝝ prudentiā nepharium
eſſe cognoſce. deitatis cultū abnegādo blaſphema
re. et ne te longiꝰ ꝑtrahā. ꝯfitemur nos xp̄iane re
ligionis eſſe cultores. et vniꝰ ac veri dei famulos
ac teſtes. in cuiꝰ noīe minas & ſupplicia tua nō me
tuimꝰ. ſed potiꝰ mortē ꝓ veritate libētiſſime am
plectimur. Nā venenatiſſimꝰ ſerpens. inſatiabilis
homicida. qui primos hoīes morti ſubdidit. ydola
ꝓ deo ſola inſtituit. dolēs illuc obediēdo hominē
redire. vnde ipſe ſuꝑbiendo corruit. Iāqꝫ p̄ ira pe
ne extra ſe poſitꝰ dacianus ait. amouete hinc ep̄m
iſtū. iuſtū eſt em̄ eū ſubire exiliū. qui impiale ꝯtem
ſit edictum. ¶ CXXV.

De ꝯſtanti agone beati vincentij in eculeo.

HVnc aūt inq̄t rebellē. qui in ꝯtumeliam
venit publicā ad eculeū applicate. mem
bris diſtendite. et corꝑe toto diſſipate.
inter hec ait ad eū. O vincenti quid dicis. vel vbi
iam corpꝰ tuū miſerabile ꝯſpicis. at ille dei p̄ſentia
roboratꝰ. alacri vultu reſpōdit. hoc eſt qd̄ ſemper
optaui. et votis oībus exq̄ſiui. nolo gloriā meā mi
nuas. tu ſolus votis meis concordas. nemo michi
amicicior fuit. Ecce iā in ſublime agor. et p̄ncipes
tuos ſeculo altior deſpicio. Inſurge ergo. & totis
viribꝰ ībachare. Videbis me dei virtute plꝰ poſ-
ſe dū torqueor. q̄ꝫ poſſis ipſe q̄ torques. Clamare
cepit dacianꝰ. & inter tortores & carnifices v̄gis
& fuſtibꝰ ampliꝰ deſeuire. ſtridore dentiū frende
re. et dū martirē dei lacerat. ſe potiꝰ lacerare. tan
dem fatigata lictoꝝ manꝰ ceſſit. et dū ꝑ ſācti late
ra penderet victa defecit. Exanguis dacianus pe
ctore tremēti. toruis & minacibꝰ oculis clamare
cepit. Quid agitis homicidas ꝑtinaciter obſiſten
tes ſepe viciſtis. & parricidaꝝ ac magoꝝ alta ſilen
tia rupiſtis. ſed pauliſper dexterā ꝯtinete. vires ſu
mite. et imꝓbum hoſtē innouatꝰ miles ad penā du
riꝰ coerceat. acrior vngula rimetᷣ. Intima coſtaruꝫ
& dolor interiora penetrans. gemitū faciat redde
re nō ꝯtemptū. Tūc ſubridēs vincentiꝰ ait. q̄ꝫ ve
ra ſūt q̄ ꝯfiteor. torq̄ diutiꝰ ꝯfitentē. Nā quos deꝰ
ꝯfiteri iubes. idola ſūt lignea & lapidea. tu mortu
orum pontifex fias. ego vni deo viuo ſacrifico qui
eſt benedictꝰ in ſecula. ac p̄ſes nimia feruens inſa
nia. et tota facie humanitatis euerſa. ſola in corpꝰ
martiris aciē luminū venenūqꝫ fundebat oculorū
ꝯfluentē a toto corꝑe ſanguinē cernēs. viſceribꝰ
patefactis. & iūcturis e cōpagibꝰ ſeꝑatis. ait aūt
Miſerere tui vincēti. ne ꝑdas nūc florē p̄mꝰ ver
nantis etatis. ſed vel ſero q̄ ſupſūt tormēta lucre
ris. at ille reſpōdit. O viroſa dyaboli lingua quid
in me non facias qui deū temptas. Hoc magis eſt
formidini qd̄ fingis te velle miſeri. nichil ergo mi
nuas de ſupplicijs. vt ī oībus te victū eſſe fatearis.
quo em̄ te putas grauiꝰ iraſci. michi meliꝰ incipis
miſereri. ¶ CXXVI.

¶ De craticula eiuſdem.

HInc igitᷣ aſſūptus ex eculeo vincentiꝰ ad
patibulū ignis raptꝰ. moras carnificuꝫ
arguēdo. ad penam alacriter ꝓperabat
Iā em̄ truculentꝰ miniſter iuſſerat lectum cū ferra
tis coſtis ꝓferri. et addita ſubter carbonū ꝯgerie
exurendū dei martirē applicari. Intrepidꝰ ergo dei
athleta. candentis ferri machinā vltro conſcēdit.
torq̄tur. flagellatᷣ. exuritᷣ. et diſtēſis mēbris ad pe
nam creſcit. pectori quoqꝫ et mēbris depſſa lamia
rum aſperitas inſeritᷣ. et inter ferri candentis acies

decurrente liquore. flama ſtridens a ruina reſper
giť · ſalis ignibꝰ crepitãtis minutie ꝑ membra deſi
liunt · et iã nõ ad artꝰ tm̃ ſed ad ipſa viſceꝝ abdita
ſuppliciorꝝ tela iaciunť · Manet dei ſuus immotus ·
et erectis in celũ lumibus dñm ꝓcabať · Tunc ait
dacianus · Vincimur ſpũs ſaltẽ qui coerceri nõ po
teſt puniať · Querite ergo locũ tenebroſũ et vrgẽ
te tectura oppreſſũ · ibi fragmẽta teſtaꝝ exaſperata
ꝯgerite · vt quidqd iacentis corꝑis fractura male
inſcia tetigerit · Illimatis infigat aculeis · et ipſa
cõuerſio lateꝝ innoueť ad penã · vt · ſ · quo cõmuta
tis artubꝰ mẽbra querũt euadere ſemꝑ offendãt ·
diuaricatis inſuꝑ ac diſtẽſis cruribus ligno pedes
eiꝰ ꝯſtringite · et clauſũ in tenebris relinqte · nullꝰ
ibi relinquať · ne vel alicuiꝰ ꝯſortio ſermonis ani-
meť · implẽt ſine mora miſtri iuſſionẽ · CXXVII ·

De illuminatõe carceris & de felici eiꝰ trãſitu ·

S Ed cũ cuſtodes dormire cepiſſent · carce
ris illiꝰ nox eternã accepit lucẽ · flagrant
cerei radiãtes vltra ſolis fulgorẽ · laxatiqꝫ
ligni robur diſſilijt · et teſtaꝝ aſꝑitas fit floꝝ rdo
lentiũ mollicies & iocunditas · quibus athleta dei
refectꝰ · himnũ deo dicẽs exultabat angeloꝝ cater
ua vallatꝰ · quoꝝ foueať obſequio · et mulceať
alloquio · ipſe inqunt o vincenti coronã tibi prepa
tam ſeruat ĩ celis · qui te victorẽ eſſe fecit in penis
Eſto igiť iã ſecurus de p̃mio · qꝛ mox depoſito car
nis onere · noſtro addẽdus eris collegio · danť hinc
laudes deo · et reſonãte organo vocis angelice mo
dulata ſuauitas ꝓcul diffundiť · Turbati ſbito cu
ſtodes & vehemẽter ſtupẽtes de miraculo certiꝰ
explorare ꝯtendũt · clauſas fores adeunt · et inter o-
ſpiciẽtes ꝑ rimas · antrũ priꝰ tenebroſũ · et immẽſa
luce ſplendere cernunt · teſtaꝝ aculeos florere · et
martirẽ ſolutis nexibꝰ deambulantẽ pſallere · mox
qꝫ diuino terrore ac reſpectu cõpuncti · relicto er
rore · chriſtiane religioni ſe dedere · Venerat & mľ
titudo fideliũ · ꝑus meſta de illiꝰ ſupplicijs · ſed iã
de ꝯceſſa celitꝰ gloria alacris · Quibꝰ ait vincenti
us · nolite timere ſed ꝓpe irrũpite · ac ſolatia angeli
ca ſecuri oculis haurite · vbi relinqratis tenebras
lucẽ gaudete · renũcieť · daciano qua ꝑfruar luce ·
cõmenteť ſi valet aliqd ad gloriã meã addere · Nã
hoc ſolũ timeo vt ne videať velle ignoſcere · Ad
hanc renunciatõeꝫ exanguis & trepidꝰ dacianus
ait · Quid ampliꝰ faciemꝰ · victi ſumus · Referať in
quit ad lectulũ · ſtramẽtiſqꝫ mollioribꝰ foueať · No
lo em̃ glorioſiorẽ facere · ſi mẽ tormenta defecerit ·
indulta puſillũ reqes · attrita membra refoueat · et
obducto in cicatricẽ hiatu vulneꝝ exqſitis ac no-
uis ſupplicijs innouatis ſubdať · Veꝝ daciano ina
niter cogitãte de ſupplicio · xp̃s clemẽter diſpoſuit
de p̃mio · Egregiꝰ em̃ dei martir ad lectulũ delatꝰ ·
ac pijs ſanctoꝝ manibꝰ in ſtrati mollicie repoſitꝰ ·
mox in mortẽ ꝑcioſã reſolutꝰ celo ſpũm reddidit
· CXXVIII · De victoria
etiã eiuſdẽ defuncti & de ſepultura eiꝰ ·

V Idens circũſtantiũ frequentiã ſãcti veſti
gia deoſculari · et vulnera totius lacerati
corꝑis palpare · ſanguinẽ lintheis excipe ·
& cognito eiꝰ abſceſſu ꝯfuſus dacianꝰ ait · Si non
potui ſuꝑare viuũ · puniã vľ defunctũ · ꝓijcite illũ
in aptum campũ · vt cadauer honore ſepulture ca
reat · et a feris auibuſqꝫ ꝯſumptũ non compeat · ne
forte xp̃iani tollẽtes eiꝰ reliquias · martiris ſibi vẽ
dicent dignitatẽ · Sic igiť expoſitũ ſine tegmine cor
pus ſanctũ · angelicis rurſũ excubijs & obſequijs
honorať · Coruus auis nigerrima haud ꝓcul reſi-
dens quaſi thetra ſui ſpecie · habitũ lugẽtis demõ
ſtrans · Cũ aduẽtantes aues reliqs ac ꝑnicibꝰ alis
metuendas impetu quodã eminꝰ fugaret · Adue
nientẽ quoqꝫ ſbito immanẽ lupũ in curſu etiã nõ
ſegni abegit a corꝑe · At ille rflexã ceruicẽ · in aſpe
ctu ſacri corꝑis habebat ſtupefactꝰ · et v credıť
cuſtodiã mirabať angelicã · Territꝰ ad hoc dacianꝰ
nuncio dixit · Puto qꝛ iã nec mortuũ vincã · Cũ em̃
in eũ acrius ſeuio · glorioſiorẽ mea ſeuicia facio · Si
ꝯſumi in terra nõ poteſt · dimergať in pelagꝰ · ne
quottidie ſub oculis oĩm erubeſcamꝰ · victoriã eiꝰ
vel maria celabũt · inſuať in culleo parricide · et vbi
naute ſpacia longiora ꝓceſſerint · altioris ſali flu
ctibꝰ imprimať · vt ſi qd lacero cadaueri ſupeſt im
paſti piſces lambẽdo ꝯſumant · Cui etiã mala non
ꝑui ponderis annectať · ne forte vnda mobili · ad
ꝑegrina litora deuectũ · negatã ſepulturã aliquati
nus aſſequať · quimpotiꝰ reciꝓcatum fluctibus · et
ad ſcopulos frequẽter illiſum diſꝑeat · vt nec mor
tuus inter ſaxa quieſcat · cũqꝫ iuſſa impleſſẽt · & q̃
ſi p̃ſidi ſuo prima gaudia reportãtes ſubtractum
ſanctũ vincentiũ ab oculis oĩm celeres & alacres
redirent · illos fortiſſimos remiges · beati martiris
corpꝰ p̃uenerat · et qd altioris ſali ꝓfundo teneri
credebať · priꝰ venit ad portũ · quã nunciari poſſet
expoſitũ · Deniqꝫ cõmonita ĩ ſomnis quedã vidua
ſãcta · vera ſigna quieſcẽtis corꝑis accepit · vbi ſcꝫ
illud reciꝓcatũ fluctibꝰ mollis arena tumulauerat ·
& elemẽti ipſiꝰ ꝯgerie ad honorẽ ei ſepulture fui
erat · Viſionẽ pluribꝰ xp̃ianis clã innoteſcẽs · venit
cũ eis ad locũ · Itaqꝫ certis ſignis directi inter ſali
aqrũqꝫ cõmerſũ corpꝰ areis reꝑierũt · et tãdẽ ceſſã
te ꝑſecutione ad quandã ꝑuam baſilicã ſepeliendũ
deferũt · Et tandẽ ceſſãte ꝑſecutione · inde leuatũ
honorifice ſub ſacro altari extra muros eiuſdem ci
uitatis valentie ad quietẽ reponiť · vbi meritis eiꝰ
diuina multipliciter bñficia p̃ſtanť · CXXIX ·
De qbuſdã alijs ſb daciano paſſis · Ex martiri ·

P Reterea in hiſpanijs ciuitate abula agiť
vi · klˀ · nouembris · Paſſio ſanctoꝝ vincẽ
tij ſabine & criſtine · qui p̃mo in eculeo
adeo ſũt extenti · vt oĩs cõpages eoꝝ membrorũ
laxarenť · Deinde capita eoꝝ lapidibus ſuppoſita
vſqꝫ ad excuſſionẽ cerebri · validis etiã vectibꝰ ſẽ
ꝯcuſſa · atqꝫ ita martiriũ cõpleuerũt · agente p̃ſide
daciano · In hiſpanijs quoqꝫ ciuitate cõpluto · ſan
ctorum iuſti & paſtoris fratꝝ · viii · idꝰ auguſti ·
Qui cũ adhuc pueri literis imbuerenť · ꝓiectis in
ſcolis tabulis ſpõte ad martiriũ cucurrerũt · Mox
qꝫ a daciano teneri iuſſi · cũ ſe mutuis exhortatio
nibꝰ ꝯſtantiſſime roborarent · extra ciuitatem du
cti · et a carnificibꝰ iugilati ſũt · Sꝫ & · v · idꝰ decẽ
bris · ſancte leucadie virginis q̃ a p̃fecto hiſpania
rum daciano apud toletũ dira carceris cuſtodia
macerata · cũ grauiſſimos beate eulalie & reliquo
rum martiꝝ audiſſet cruciatꝰ · genibꝰ in oratõibus
poſitis · impollutũ xp̃o ſpũm reddidit · Iteꝝ ceſar
auguſte · iii · nõ · nouembris innumerabiliũ marti
rum · qui itidẽ ſub daciano hiſpanie p̃ſide mirabili
ter occubuerũt ꝓ xp̃o · CXXX ·
Paſſio · xviij · martiruꝫ qui dicunť maſſa candida ·
Ex geſtis eoꝝ ·

S Vb eodẽ p̃ſide · & in eadẽ vrbe paſſi ſũt
xviij · martires · ſ · quintillianus · & caſſia
nus & ceteri · quoꝝ natale celebrať · xvi
kalend · maij · cui etiã copioſo martirio tirannus

impijſſimꝰ addidit ſacramentū dei virginē eugrā
purpureo ſanguinis ſui cruore reſperſā. Videns de
niqꝫ xpianoꝝ deuotōez ſe ſupare nō poſſe tormen
tis. vocatis ſatellitū turbis ait. Nichil in hoc certa
mine laborādo ꝓficimꝰ. qꝛ dū xpianos atrociꝰ ſe=
uiendo vincere cupimꝰ. eoꝝ victorijs affatim de=
ſeruimꝰ. Sit itaqꝫ cōſiliū noſtrū eis occultū. et to
tam vrbē ꝑcurrāt officia ꝑconū. vt eoꝝ multitudo
que domibꝰ occultat̄ q̄ſi ꝯceſſa ſibi licentia legibꝰ
ſuis vti ꝗtotiꝰ ab hac vrbe ꝓpellat̄. vos aūt noſtri
cōmilitones. cum armis abdita locoꝝ occupate. et
inde ꝯtra inermes hoſtes ſubito ꝓſiliētes eos cer=
tatiꝫ obruite. Quid plura. data voce ꝑconū exeūt
cateruatim agmina xpianoꝝ ſpōte relinquētes ap
ta ſuaꝝ clauſtra domoꝝ. ꝯſona voce letantes atqꝫ
pſallētes. Gloria in excelſis deo ꝛc. obſerant̄ poſt
hoc oīs porte ciuitatis. vt nullꝰ eoꝝ regrediēdi
additū inueniret. ex occltis ilico ꝓſiliētes armati
cū enſibꝰ irruerūt. et velut agnos ſibi nō reſiſten=
tes ꝓſternūt. Nec ſic quoqꝫ defunctoꝝ innocētū
nece ſatiat̄. ſed iuſſu daciani corā oībus occiſorum
corpa in vnū ꝯgeſta cōburunt̄. Et ne xpianorum
quis latens cineres martiꝝ ſibi rapet. iuſſit e carce
ribꝰ diuerſoꝝ criminū reos ꝓduci. et eoꝝ capitibꝰ
amputatis cadauera ſanctoꝝ corpibꝰ ſociari ſiml
qꝫ cōburi. ſicqꝫ ſecuti ſūt caput ſuū ihesū chriſtuꝫ
qui crucifixꝰ eſt in medio latronū. Hi ꝑ innumera
multitudine. maſſa ſācta vel cādida appellant̄. Eo
rūqꝫ paſſio. ix. kl. ſeptēbris ānotat̄ ¶. CXXXI.

¶. Paſſio ſācti georgij militis.

GVb ꝑſecutōe daciani venit ꝺ capadocia
miles georgiꝰ. Qui videns xpianoꝝ angu
ſtias. erogatis oībus q̄ habebat. veſtem
militarē exuit. et induitꝰ veſte xpianoꝝ. in medio
ſacrificantiū ſe obiecit atqꝫ i ꝯſpectu oīm exclama
uit dicēs. Oīs dij gentiū demo. do. a. ce. fecit. cui
ſtatim ꝑſes dacianꝰ ira repletꝰ ait. Qua ꝑſūptōe
vel dignitate hoc audes vt deos noſtros demōes
eſſe dicas. dic tamē vnde es. et quomodo vocaris.
Qui reſpōdit. xpianꝰ ſū. georgiꝰ vocor. genere &
militia capadocꝰ. ſꝫ cūcta deſerui. vt liberiꝰ deo
celi ſuirez. ꝑſes ergo cū eū ad ſe inclinare nō poſſꝫ.
iuſſit eū in eculeū leuari. corpuſqꝫ illiꝰ mēbratim
diſſipari. Deinde appoſitis ad latera facibꝰ. patēti
bus viſceꝝ rimis. ſale iuſſit plagas eiꝰ fricari. Ac
ille ſic manebat immotus. ac ſi nichil mali pateret̄.
Tūc videns dacianꝰ ꝙ penis eū ſupare non poſſet
diu queſito & tandē inuento cuidā mago dixit. xpi
ani magicis artibꝰ ſuis tormēta ludificāt. & ſacri
ficia deoꝝ ꝯtemnūt. Reſpōdit anthanaſiꝰ magus.
Si artes eius ſupare nequero reus ero. Educto er
go de carcere. dedit ei calicē plenū veneno. qd̄ ge
orgiꝰ cruce ſignauit & nichil mali paciēs totum bi
bit. aliū quoqꝫ calicē fortiori veneno repletū cru
ce ſignās totū ſimiliter bibit. Quo viſo ſtatim ma
gus ante eū veniā petēs ꝓcidit. & iudex eū ꝓtinꝰ
decollari ꝑcipiēs. georgium carceri mācipauit. Et
ſequēti die iuſſit eū poni in rota enea gladijs bis
acutis vndiqꝫ circūſepta & ex alto dimitti. Qua vi
ſa ſanctꝰ ait. Deꝰ in adiutoriū meū inten. ꝛc. Illo
qꝫ ſup eā poſito. ſtatim fracta eſt. & ſanctꝰ geor
gius illeſus remāſit. Cūqꝫ ꝑſidem ad augēda ſup
plicia ꝓuocaret. iratꝰ iuſſit eū ꝓijci in ſartagineꝫ
plumbo feruēte plenā. Qui ſtatim facta oratione
ſe ſignās ſarthaginē inſilijt. et virtute dei cepit in
ea q̄ſi in balneo refoueri. ¶. CXXXII.

De ꝯſummatiōe agonis eiuſdē ſancti georgij.

QVod cū dacianus vidiſſet. cogitauit vt
eū blandicijs emolliret. et ait. Georgi nō
ne vides quāte patientie & manſuetu
dinis ſūt dij noſtri q̄ ſalutē tuā tādiu ſuſtinent. ꝙ
licet a te tā multipliciter ꝓuocati. tn̄ pati ſunt vt
tibi ſi reſipueris indulgeant. Age ergo dulciſſime
fili qd̄ hortor & moneo. vt relicta priſtina vanita
te deos noſtros adores. vt magnos ab ipſis & a
nobis ꝯſeq̄ris honores. Cui georgiꝰ ſubridēs ait.
licet graue ſit dimittere qd̄ diu fixū ſtetit in mēte.
tamē faciā qd̄ hortaris. Dacianꝰ hac ꝓmiſſione de
luſus. iuſſit ſub voce ꝑconis. vt oīs de tota ciui
tate venirēt. & georgiū qui tādiu reluctatus eſt.
tandē ſacrificare viderēt. Ornata igit̄ tota ciuita
te ꝑ gaudio hora ſacrificij. cūctis aſtantibꝰ geor
gius vocatꝰ aduenit. templūqꝫ eoꝝ intrās. deum
flexis genibꝰ orauit vt templū cū ydolis ita oīni
potentie ſue virtute deleret. ꝙ ad laudē ſuā & po
puli ꝯfuſionē nichil oīno de eis remaneret. Et ec
ce ſbito ignis de celo deſcēdebat. totūqꝫ templuꝫ
cū dijs & ſacerdotibꝰ & mltis gentibꝰ ꝯcremauit:
terra vō dehiſcens oīs eoꝝ reliquias deglutiuit
Hoc audiēs dacianꝰ. iuſſit feſtinanter georgiū ad
duci & ait illi. Que ſūt maleficia iſta o peſſime ho
minū. ꝑ que tm̄ facinꝰ cōmiſiſti. Ille reſpōdit. Nō
credas ꝑſes ꝙ ita ſit. ſꝫ tu magis illuc mecū veni.
& vide me iteꝝ imolare. Cui ꝑſes. Intelligo frau
dem tuā qua ad hoc niteris. vt ſicut dij noſtri con
fracti ſūt. et ſacerdotes cū cultoribꝰ abſorpti. ita
meipſū facias abſorberi. Georgiꝰ reſpōdit. Dic mi
chi miſer & ſtultiſſime oīm. dij tui q̄ ſe iuuare nō
potuerūt. quomō alios iuuare poterūt. Recluſus
ergo georgiꝰ in carcere. ſequenti die tali ſententia
ꝯdemnat̄. vt ꝑ totā ciuitatē detractꝰ. deinde capi
te puniret̄. Quo facto. cum dacianꝰ ꝺ loco. vbi de
collatꝰ erat. ad palatiū ꝓperās rediret. cū miniſtris
ſuis igne celeſti ꝯſumptꝰ eſt. Martirizatꝰ eſt auteꝫ
beatꝰ georgius in ꝑſida. ciuitate dyoſpoli. ix. kl.
aprilis. Ad eiꝰ ꝑdicatōeꝫ credidit ſanctꝰ vincētiꝰ
de quo dicet̄ inferiꝰ. ¶. CXXXIII.

Paſſio ſancte fidis virginis. & caprafij martiris.

¶ Ex geſtis eorum.

PAſſa eſt etiā ſub daciano. ſancta fides
virgo. genere moribuſqꝫ nobilis i vrbe
agēno. etate adhuc tenera paſſionis tpe.
ſenex tamē ſēſu & ope. Nā ab ipſis cunabilis dn̄m
ihm dilexit. & a daciano req̄ſita. ſe eſſe xpianā con
ſtanter oſtendit. Cūqꝫ deos gentiū demonia eſſe
aſſerens. nec blādimentis. nec minis induci poſſet
vt eis imolaret. iuſſu ꝑſidis ſup cratem eneā diua
ricatis membris extenſa. & ſbſtratis carbonibꝰ adi
peqꝫ flamis iniecto. dum ſic coqueret̄. multos ad
chriſtū exemplo ſuo ꝯuertit. Tūc quoqꝫ ſāctus ca
prafiꝰ qui pre timore ꝑſidis iuxta vrbeꝫ ſub rupis
cuiuſdā foramine iacebat. & cuncta q̄ intra muro
rum ambitꝰ gerebant̄ apte videbat. Dū virgineꝫ
ſic torq̄ri cerneret. orauit deū vt eā victriceꝫ i cer
tamine faceret. Et rurſus ꝓſtratꝰ a dn̄o petijt. vt
ei premiū martirij illiꝰ demōſtraret. Et vidit ꝓti
nus ꝙ columba niuea de celo deſcendit. q̄ coronā
auro gēmiſqꝫ lucentem ſup caput virginis ornate
ſplendidis veſtibꝰ collocauit. et vt circa virgineꝫ
dei virtꝰ clarior apperet. ipſa colūba volitatu ala
rum & rore celeſti ſic ignem extinxit. vt nichil ꝺ in
cendio remaneret. Hoc ergo ſpūalibus oculis cer
nens caprafiꝰ. iā de victoria ꝑſumens. rupem ſub
qua māſerat dextera ꝑcuſſit. et fōs ꝓtinꝰ erūpēs

meritis ſcī capraſij oībus infirmis vſqꝫ nunc re
mediū ſalutis impendit. Exiliens igiť capraſiꝰ ad
locū certaminis ꝓperauit. & daciano xp̄ianū ſe of
ferens. dū nec blandicijs nec minis flecteret. tāta
iubentis crudelitate laniatꝰ eſt. vt inter alios cir
cūſtantes. primꝰ & felicianꝰ fratres ꝓpter eiꝰ pa
tientiā ad xp̄m ꝯuerſi. cū ipſo capraſio & fide vir
gine plecterent. Hoꝝ paſſio celebrať ꝓdie nonas
octobris.

CXXXIIII.

Paſſio ſcī felicis martiris gerundenſis.

Paſſus eſt etiā in hiſpania ciuitate gerū
da ſanctꝰ felix ſb̄ daciano p̄ſide. Hic apō
ceſareā liberalibꝰ ſtudijs vacās. et cun
ctis pfectioꝛ appere ſtudēs. cū audiſſet ꝙ p omē
litus hiſpanie perſecutio grauis xp̄ianis exorta eſ
ſet. omīa volumina legū q̄ manibus ſuis geſtabat
ꝓiecit a ſe dicens. Quid michi eſt phia huiꝰ mūdi.
ad illā nūc ꝓperabo. q̄ initiū nō habet. & finem ne
ſcit. trāſienſqꝫ ad impuritanā ciuitatē. in diuīs vo
luminibꝰ exercebat ſe. elemoſinas larga manu pau
peribꝰ erogabat. hoſpitalis ſupra modū. verbum
dei etiā p̄dicabat. Poſt hec in ciuitatē gerundenſē
ſe ꝯtulit. ibi quoqꝫ ſil'ia geſſit. ita vt eū apoſtolum
vel ꝓphetā appellarēt. Aderat aūt rufinꝰ qui hoc
daciano nūciauit. cui dacianꝰ autoritatē dedit. vt
eū ferro vinctum incarceraret. et ſuaſionibꝰ ei fa
ctis. vel ſacrificantē honoraret. vel nolentē crucia
ret. Qui veniēs iuſſit eū apphendi. et volens aua
rus p̄do pecuniā eiꝰ auferre. neſciens oīa iā paupi
bus erogata fuiſſe. cepit ei blandis verbis ſuade
re vt ſacrificaret. Sꝫ cū ille nullatenus acqeſceret.
quin potiꝰ eū acriter & ꝯſtanter increparet. iuſſit
eū fuſtibꝰ cedi. et in carceris ima retrudi. Cūqꝫ il
le gratias ageret & pſallerꝫ dicens. Probaſti dn̄e
coꝛ meū & viſitaſti v. ꝛc̄. hāc vocē rufinꝰ audienſ
iuſſit aſtantibꝰ vinculatum manibꝰ ac pedibꝰ. &
collo ferro magni ponderis aggrauare. ſicqꝫ eum
facere in loco ſqualido. fame & ſiti tabeſcere. Et
cū iā eū crederet defeciſſe. cognouit adhuc eū ſup
ſtitē eſſē ſuoqꝫ cōſpectui p̄cepit aſſiſtere. et cepit
ei iteꝝ ſuadere. Illoqꝫ in fide & ꝓpoſito pſiſtente.
iuſſit iteꝝ cathenis copioſis totū coꝛpꝰ eiꝰ aggra
uari. et ab indomitis mulis p totā ciuitatem trahi
donec totū coꝛpꝰ eiꝰ laceraret. et ſic in carcerē re
trudi. Qui dū humi ꝓſtratꝰ oꝛaret. iuuenis ſplen
didus ei appuit. eūqꝫ ꝯfoꝛtauit. tetigitqꝫ membꝛa
eiꝰ vniuerſa. et ilico ſanata ſūt oīa coꝛpis eiꝰ vul
nera. Altera die ſedēs rufinus iuſſit eū adduci &
aras diligenter oꝛnari. et olocauſta funeſta p̄pa
rari. Cepitqꝫ deos ſuos cū ceteris ſacrificās inuo
care. et ad hoc idē ſanctū felicem ſuadere. At ille
Diſcedite inqt infelices a maūfactis veſtris. & co
gnoſcite deū ſummū q̄ nos d̄ limo terre foꝛmauit
Statim ad hāc vocē ſtimulata oīs illa turba paga
noꝝ impetū fecerūt in eū. vt illū diſcerperēt. Tūc
apphēdens illū rufinꝰ tradidit carnificibꝰ. vt ex
ungularēt carnes eiꝰ a ſcapulis vſqꝫ ad cingulum.
iuſſitqꝫ eū deſup tectis cameratis capite deoꝛſū ſu
ſpendi. quouſqꝫ cartilagines eiꝰ p̄focate ſanguinē
exalarent. At ille pſallebat. & ſuſpēſus ab hoꝛa. iii
vſqꝫ ad veſpeꝝ a deo ꝯfoꝛtatꝰ. nichil doloꝛis ſen
tiebat.

CXXXV.

De ꝯſummatione agonis eiuſdem.

Poſt hoc rufinꝰ eū deponi & in carcere
artius cuſtodiri iuſſit. vbi cū introduce
ret. ſplendoꝛ mirꝰ. et odoꝛ balſaminꝰ ap
paruit. quē etiā cuſtodes ſentētes exterriti ſunt.
& voces multoꝝ cū eo pſallentium audierūt. Ac
mane facto oīa rufino nunciauerūt dicētes. illum
veꝝ dei ſeruū eſſe. ſeqꝫ cū eo tota nocte vidiſſe
qd̄ nō liceret homī dicere. Tūc iratꝰ rufinꝰ iuſſit
eūm in mare demergi. ligatis poſt tergū manibꝰ. at
ille naui impoſitꝰ pſallebat dicēs. Etem̄ illuc ma. t.
de. me. ꝛc̄. Cūqꝫ elongati a litoꝛe ꝓieciſſēt eū ī ma
re. vincula quibꝰ erat ꝯſtrictꝰ diſſoluta ſūt & ad
nichilū redacta. Tūc viſus eſt a nautis ambulare
ſup vndas maris in manibꝰ angeloꝝ manꝰ eius te
nentiū. himnū & alleluia pio modulamine decan
tantiū. ſtatimqꝫ exaltato pelagi naui ſupueniens.
ibiqꝫ ꝯſcendens oīa eis intimauit. cōfeſtim ſe veſti
gijs eiꝰ pſtrauerūt. & vt ꝓ peccatis eoꝝ oꝛaret pe
tierūt. audiēs aūt rufinꝰ ꝙ ſanctꝰ felix in litoꝛe de
ambularet gloꝛiabundꝰ. ait nautis. furtiferi. cur n̄
obedientes mādatis meis. in aliā nauē eū tranſtuli
ſtis. qui vna voce ꝓteſtātes dixerūt. ꝙ in ꝓfundū
maris eū dimerſerint. et quō ſup fluctibus maris
deambulantē viderint. Tūc exclamauit rufinꝰ vt
leo rapidꝰ. heu victi ſumꝰ. Iuſſitqꝫ eū iteꝝ toꝛq̄ri
Qui cū adduceret ad ſe intendens in eū. et vultu
terribili & toꝛtuoſis luminibus dixit. Vides felix
quantū miſerti ſūt tibi dij noſtri. accede nūc & ſa
crifica eis. et faciā te mirificū ſacerdotē eoꝝ. Qui
reſpondit. Tu deſerui eis iure ppetuo. cum patre
tuo dyabolo. ego aūt deo viuo. qui me d̄ limo ter
re plaſmauit. et de ꝓfundo maris ferro vinculatuꝫ
manibꝰ eripuit. Tūc iuſſit carnificibꝰ. vt eū vſqꝫ
ad oſſa vngularēt. et itinere longinquo ductū citi
us fatigarēt. vt vel ſic vulneribꝰ aggrauatꝰ in iti
nere exalaret. Qui cū traheret. oꝛatōe cōpleta emi
ſit ſpūm. hic eſt felix ſociꝰ cucufatiſ de quo ſupra
dictū eſt. Celebrať aūt eiꝰ paſſio. kl'. auguſti.

CXXXVI. De ſcō quintino martire.

Tempibꝰ diocleciani & maximiani rictio
uarus gallie p̄fecturā. ac ſeuiēdi in xp̄ia
nos p̄ceptum accepit. Eo tp̄e ſcī viri
quintinꝰ. fuſcianꝰ. et victoꝛicꝰ. criſpinꝰ. criſpini
anus. ab vrbe roma ſimul ꝓgrediētes. ꝑiſius duce
chꝛiſto puenerūt. Ibiqꝫ diuina illuſtrante gratia.
nominatim loca ī quibꝰ diuiſi p̄dicarēt elegerunt
Fuſcianus & victoꝛicus toꝛnacēſeꝫ vrbē petierūt
Quintinus ambianis p̄dicauit. Iā em̄ ſanctus luci
anus beluaci p̄edicauerat. Per hos ſanctos dn̄s
tanta opabať miracula. vt eoꝝ p̄dicatio ſequenti
bus ſignis ꝓbaret eſſe ſequēda. Rictiouarus autē
chꝛiſtianoꝝ ſanguinē ſitiēs. ingreſſus treueris ciui
tatē que eſt ꝓpe flumē moſelle. tantā ex eis ī ea ce
dem exercuit. vt ſanguis riuuli decurrētes in flu
men aque pmixti. in coloꝛē ſuū eū ꝯuerterēt. Pre
cepta quoqꝫ eius ad alia loca curſoꝛes deferebant.
vt quiſqꝫ chꝛiſtianū alicubi rppiſſet. palā eū ad in
teritōeꝫ ꝓtraheret. Ex geſtis ſcī quintini. cū
aūt ambianis veniēs. ſcī q̄tini famā audiret ꝙ
p̄edicatōibus et ſignis et virtutibus maximis cla
rus haberet. ſtatim eū iuſſit deprehēdi. et cathena
tum ī carcerē retrudi. et ſequenti die ſibi p̄eſētari.
dixitqꝫ ei. Qd̄ nomē tibi eſt. Qui reſpōdit. chꝛiſti
ano noīe cenſeoꝛ. qꝛ chꝛiſtianus ſū. et chꝛiſtū coꝛ
de & oꝛe ꝯfiteoꝛ. ꝓprie tn̄ q̄tinus vocoꝛ. Interro
gatus genus. reſpōdit. Ciuis romanus ſū. filiꝰ zo
zenonis ſenatoꝛis. Et p̄eſes. Quid nā eſt ait. ꝙ p
ſona nobilis. et tanti viri filiꝰ. colit hoiem q̄ ab ho
minibus eſt crucifixꝰ. recede ab hac ſtulticia q̄ tene
ris. et ſacrifica dijs. at ille reſpōdit. Dijs tuis nūq̄
ſacrificabo quos ꝯſtat eſſe demonia. celeriꝰ fac qd̄

vis patus ſum ſuſtinere quid deo ꝑmittēte inſule
ris· Tūc ille furore cōmotꝰ· iuſſit eū a quaternioni
bus extenſū cedi· et cū diutiꝰ grauiter cederetᷣ· ele
uatis oculis gratias agebat· et ꝓtinus de celo vox
facta eſt ꝯfortās eū· Qua dilapſa· appitores q̄ eū
cedebāt in terrā ruētes· ſtandi facultatē amiſerūt.
ſeqꝫ acerrime torq̄ri ſentiētes dixerūt· Dn̄e ricti
ouare adiuua nos· qꝛ immēſis cruciatibꝰ torq̄mur
ita vt ꝯſiſtendi ac pene loquēdi officia amiſerimꝰ
Tūc ait rictiouarus. ꝑ deos deaſqꝫ iuro· quintinꝰ
iſte maleficꝰ eſt· et maleficia eiꝰ ꝓualent· moxqꝫ eū
ſibi exhiberi ꝑcipiēs· blandis eū ſermonibꝰ appella
bat: dignitates ac diuitias ei ꝓmittēs· At ille con
ſtanter reſpōdit· Lupe rapax diſce· qꝛ paup̄ n̄ eſt
qui in dn̄o diues eſt· diuitie xp̄i eterne ſūt q̄s deſi
dero· & ꝓ eis ſi iuſſerit ipſe mori patꝰ ſum·

CXXXVII· De ꝯſtantia eiꝰ in paſſione.

TVnc rictiouarꝰ magis furēs iuſſit eum
trocleis intm̄ torq̄ri· vt membra eiꝰ a iū
cturis ſuis ſoluerentᷣ· Reſticulis inſuper
ferreis iuſſit eū cedi· et oleū candēs· & picē & adi
pem feruentiſſimū dorſo eiꝰ infundi. Ad ſatiandū
quoqꝫ ſuā rabiē· faces inſup̄ ardētes applicari. At
ſanctꝰ martir· qui nec blandimētis. nec terroribus
ceſſit· cunctis etiā ignibus inſup̄abilis extitit· Ar
dens em̄ interiꝰ flama diuini ſp̄us· corporeos con
tempſit cruciatꝰ· et ait ad ꝑſidem· furcifer & frau
dis diabolice filius· et ab omni humana pietate
remotꝰ. cognoſce qꝛ hec oīa michi ꝑſtant nō dolo
ris tediū· ſꝫ tolerātie refrigeriū· Tūc ille in furore
ſeuiciā augēs ait· affer adhuc calcē & acetum ac ſi
napi. et infundatᷣ in os eiꝰ· vt vel ſic tacēdo n̄ am
pliꝰ plebē hanc ſuaſorijs verbis ſuis valeat illude
re· Cernēs quoqꝫ ſanctū q̄tinū pſallēdo validius
roborari· cruciatꝰ eiꝰ adhuc ſitiebat augeri· iuſſit
qꝫ ferrariū vocari· ꝑcipiēs ei vt faceret duas ferre
as q̄ lingua gallica caringe vocanᷣ· quibꝰ ſanctus
a ceruice vſqꝫ ad crura trāſfigeretᷣ· alios quoqꝫ ſi
mili modo· x· clauos q̄ intra vngulas & carnē di
gitis oībus mitterentᷣ· Quibꝰ ita patis. cōſpiciens
ſanctū taliter verubꝰ ꝯfoſſū inſultās ait· en vide
ant ceteri xp̄iani hunc taliter ſupplicijs meis adie
ctū. et ab huiꝰ penis ſumāt exemplū· Deniqꝫ ac
cepto ꝯſilio iuſſit eū decapitari· qui cū ad locū im
molatōis a carnificibꝰ ductus fuiſſet· poſtulato ſi
bi paululū orādi ſpacio· ꝓſternēs ſe rogauit dn̄m
vt aīaꝫ ipſiꝰ ſibi toto corde ac deſiderio oblatā ſu
ſcipet· Deinde ceruicē ſuā ſpiculatoribꝰ obtulit. et
illi gladio caput eiꝰ amputauerūt· Cūqꝫ corpꝰ vn
dis roſeis ꝓprij ſanguinis ꝓfunderetᷣ· ſtatim felice
eiꝰ aīa carnea mole ſoluta. viſa eſt velut columba
niuea de collo eiꝰ exiſſe· ac liberrimo volatu celuꝫ
penetraſſe· et vox de celo audita eſt dicēs. q̄tine
famule meꝰ· veni & accipe coronā quā tibi ꝑparaui
Ecce angelorꝫ chori vndiqꝫ aſſūt· qui te victorē
in celeſtē hieruſalē ꝑducant· cōpleuit aūt martiriū
ſuū pridie kl'· octob· apud vermādenſim opidum
Cuiꝰ corpꝰ rictiouarꝰ iuſſit ſomene fluētis īmer
gi· & adiectōe terre plūbi ceniqꝫ ſupplūbari. cauēſ
ne forte a criſticolis honore debito venerarentᷣ· aut
ſepulture traderetᷣ· Quod ꝑ annos fere· lv· in aque
fundo· & in ꝓfundiſſimo limo tumulatū· ꝑ tantū
ſpaciū cuſtodiēte xp̄o māſit incorruptū· ſꝫ poſtea
mirabiliter reuelatū eſt· CXXXVIII·

De reuelatōe corporis eius.

ERat em̄ rome matrona quedam euſebia
noīe nobilis & ditiſſima· ſꝫ ab annis· ix
oculorꝫ luce ꝑuata· Huic ex more oratōibꝰ incum
benti· quadā nocte dū ꝓ infirmitate q̄ ſibi accide
rat deū exorarꝫ· angelꝰ dn̄i ꝑ viſū ei apparuit & ait.
euſebia exaudita eſt oratō tua· Surge & i gallias
ꝑge· locūqꝫ q̄ auguſta vermandorꝫ dicitᷣ ꝑquire· il
lic inuenies corpꝰ ſācti quintini martiris xp̄i. diu
iā paludibꝰ & aq̄s tumulatū· Quod cū fuerit ꝑ te po
pulis manifeſtatū. oculorꝫ recipies viſū· Cunqꝫ ſe
mel bis ter hec viſio eadē rem ꝓbabilē aſtrueret.
inſinuatū ab angelo iter arripuit· cū multo veriuſ
qꝫ ſexꝰ comitatu & angelico ductu ad locū ſignifi
catū ꝑuenit· Cūqꝫ inq̄rens ab hoīe vbi corpꝰ ſan
cti q̄tini a paganis interfecti repoſitū fuiſſet ſcire
nō poſſet· q̄ſiuit vbi eſſet via publica· veniens am
bianis & laudunū ꝑgens ſicut angelꝰ ei ſignifica
uerat· illuc a quodā ſene ꝑducta· ſup̄ ſomene flu
uiuꝫ e vehiculo deſcendēs humilitᷣ ſe ꝓſtrauit· do
minū exorās vt ſicut helene ſācte reuelauerat ve
xillū crucis abſconditū. ſic etiā ſibi oſtēderet mar
tiris ſui corpꝰ in aq̄s tumulatū· Tūc locꝰ ille vbi
ſanctū corpꝰ ſub aqua iacebat moueri cepit· et cri
ſpantibꝰ vndis inditia dare· Sicqꝫ magna dei vir
tute corpꝰ eleuatū eſt· et mira natatōe vſqꝫ ad ma
nus femine deportatū· Caput quoqꝫ ꝑ aliū meatū
exiliēs vnda portante mirabilitᷣ ꝑductū. quod pariter
illa cū gaudio ſuſcipiēs de aq̄s eleuauit· ac ꝑcandi
diſſimis lintheaminibꝰ q̄ ſecū ad hoc deuexerat in
uoluit· Corpꝰ vero ipſū nulla macula corruptū· nul
lus liuor fuſcatū· nullꝰ tumor ſordidatū reddide
rat· ſꝫ niueo candore & ineſtimabili odore fragrās
circumſtātes ſuauitatis odore repleuit· vt cetera
obliuiſcerentᷣ mūdi delectamēta· CXXXIX·

De trāſlatōne eiuſdem.

IGitᷣ matrona corpꝰ ſanctuꝫ ad vermandēſium caſtꝝ
quod ab eo loco· v· ferme miliarībꝰ diſtat reuerenter
tumulanduꝫ aduehere diſpoſuit· Sꝫ deꝰ locū mar
tiris ſuo ſanguine ꝯſecratum· tāto theſauro ꝑuare
noluit· vnde mox vt ab aq̄ ſummuꝫ montis qui eū
deuectabāt ꝯſcēdere ceperūt· nimij ponderis gra
uedine ꝑgrauati longiꝰ ire nullatenꝰ valētes. ſub
ſtiterūt· Sicqꝫ beata euſebia voluntatē dei intelli
gens· illic eū fecit deponi· ac reuerēter ſepeliri· cel
lamqꝫ quibꝰ potuit tunc niſibꝰ edificauit· et ꝓ ſe
pulture beneficio· mox ab oculis eiꝰ tanq̄ ſquame
albugo exiuit ſicqꝫ viſum recepit· Siliꝫ etiā infirmi
quotquot eadē hora ꝯtigit veniſſe· ad cōmendan
dam martiris xp̄i ꝑcioſā mortē· et ipſi ſanitatē rece
pere· Ipſa quoqꝫ euſebia ſudes ferreas. id eſt carin
gas quibꝰ martir ꝯfixus fuerat· adhuc ī eiꝰ corꝑe
manentes· inueniens extraxit· et ꝓ veneratōe reli
quiarꝫ ſibi aſſūpſit· Sepultū eſt aūt corpꝰ ſanctū
viij· kl'· iulij· fuit ergo in aq̄ fundo ꝑ annos· l· a tꝑe
ſcilicet diocl'· vſqꝫ ad tꝑa ꝯſtantij· Sꝫ iterꝫ interue
niente ꝑſecutōne ſub iuliano auguſto diuini noīs
cultꝰ turbari cepit· Quapropter vt creditᷣ defeciſſe
circa ſacri martiris excubias ꝯdignos cultꝰ· ꝯtigit
vt locꝰ corporis penitꝰ ignorarentᷣ a poſteris· ſiue
etiā alta dei ꝓuidentia· vt meritorꝫ eiꝰ renouaren
tur inſignia· Iacuit ergo theſaurus ille telluri tu
mulatꝰ· & ignorātia denſa cooꝑtus· nō minꝰ· ccc·
xx· annis· quouſqꝫ talia excitarentᷣ merita· que ab
huius reuelatōe indicarentᷣ ꝯdigna· CXL·

Paſſio ſancti gentiani martiris & victorici·

Ex geſtis eorum·

SAncti autē dei fuſcianus & victoricus
cū fraterna caritate ſuccenſi. ſanctū q̄
tinū compeꝫ ſuū vidē cupent· vt affatu

mutuo de ꝯuerſa gentilitate gauderēt · a p̄fata ciui
tate franciā adierūt · Gentianꝰ aūt quidā grādeua
etate ꝓcuruꝰ adhuc gentilis ambianēſi ciuitate oti
guus · cū per p̄dictos viros immēſa miracula fieri
cognouiſſet · die quadā eis verſus pariſiꝰ iter car-
pentibꝰ obuiꝰ extitit & ait · dn̄i q̄ eſtis · et qd que
ritis · et quo itis: Qui reſponderunt · rome nati ſu
mus · ibiqꝫ xp̄ianis regulis fidei eruditi · a q̄ ꝓgreſ-
ſi fines veſtros penetrauimꝰ · ut vobis eterne ſalu
tis vias demonſtremꝰ · qui diabolica fraude ſedu
cti ydola colitis · et deū creatorē negligitis · q̄rimꝰ
etiā comitē noſtrū ſanctū quintinū · eiuſdē rei gra
tia a paterna vrbe degreſſū · Tūc ſenex ſuſpirans
imoqꝫ a pectore vocē trahēs ait · Ante tres dies
admonitōe diuina ꝑmotus ſū · ut deū quē creditis
credā · et ad eū tota deuotōe me ꝯuertā · ſed is dei
famulꝰ quē queritis quintinꝰ dū vrbis noſtre po
pulo veritatis oracula diuulgaret · a p̄fecto tentꝰ
eſt · et diūſis ſupplicijs maceratꝰ · ab vrbe ꝑductus
in quodā municipio vermandoꝝ ſententiā decol-
lationis accepit · De vobis etiā iā eiꝰ editio militi
bus indicta eſt · vt vbicūqꝫ vos inuenerint · arcta
mancipatōe comp̄hendāt vt dijs cōtrarios & rei
publice inimicos · Sed q̄ſo declinate in thugurium
ſerui veſtri vt reficiamini & paululū q̄eſcatis · Cū
qꝫ eis in domo ſua p̄beret obſequiū · rictionarꝰ re
pente ſupuenit · et famulos dei comp̄hendi p̄cepit
Tūc gentianꝰ zelo cōmotꝰ · euaginato gladio exili
ens niſus eſt rictionarū ꝑcutere · nō quidē id cupi
ens · ſed vt occaſionē nāciſcerer̄ · qua citiꝰ ꝓ xp̄i no
mine poſſet occūbere. Ad quē ille ait · vnde tibi o
gentiane tā dira cupido · vel q̄ te temeritas impulit
vt me gladio ꝑcutere conareris: At ille · digne mq̄e
ꝓ meritis · q̄ te xp̄i famulos iniuſte ꝑſequi video ·
ꝓ quibꝰ corpꝰ meū tradere nō dubito · q̄ me ſer-
uum illiꝰ eſſe ſalubriter recognoſco · qua felici cō
feſſione cōmotꝰ p̄ſes · caput p̄cepit ei corā ſanctiſ
auferri ·

CXLI ·

Paſſio ſanctoruꝫ fuſciani & victorici ·

Ex geſtis eoꝝ ·

TUnc in cathedra peſtilētie reſidēs ſan
ctos allocutꝰ eſt vt a chriſto receden
tes dijs ſacrificarēt · Qd̄ cū illi penitꝰ ab
diantes reſpuerunt · euqꝫ tandē ad inferēda suppli
cia qualia vellet abſqꝫ mora inuitarent · Ille ſudes
ferreas in nares & aures cudendo iuſſit immitti ·
& clauis candētibꝰ eorum capita trāſfigi · oculos
quoqꝫ eoꝝ a foraminibꝰ ſuis pelli · iſqꝫ manu lato
criſpās haſtilia ferro ad ſanctoꝝ corꝑa trāſforan
da ea direxit · eiſqꝫ adhuc palpitātibus capita am
putari p̄cepit · optatoqꝫ potiꝰ ſolito letitior · et q̄ſi
de quadā plaudens victoria · celeriter ambianis re
greſſꝰ eſt · Moxqꝫ vltione diuina ꝑcuſſus · inteſti
noꝝ dolore repletꝰ eſt · et ꝑ totā ciuitatē clamare
cepit ac dicere · Heu heu heu qd agā · vt qd michi
miſero deniqꝫ reſtat · qui ꝓpter dei ſanctos fuſcia
num & victoricū · quibꝰ dira intuli ſupplicia · into
lerabili crucior pena · Eadem v̓o die qua decollati
ſūt · ingens fulgor ſuꝑ eoꝝ corꝑa apparuit · Extin
cta quoqꝫ cū iacerēt truncata capitibꝰ · ipſi ſuper
pedes erecti ſūt · & manibꝰ ꝓpria recipientes capi
ta · firmo rectoqꝫ gradu ad hoſpitiū beati gentia
ni de quo educti fuerāt redierūt · vtqꝫ eū exhortā
do comitem habuerāt · cū eodē ſimul in requie dor
mirent · Paſſi ſūt aūt · iij · idꝰ decembris ·

CXLII · Paſſio ſācte ma
rie v̓ginis · Ex geſtis eius ·

RIctionarꝰ aūt veniens ī ciuitatem augu
ſtanā · comꝑit macrā v̓ginem xp̄m incre
dulis p̄dicantē · quā ſibi exhiberi iubenſ
